Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BS. 8°
A132.

Digitized by Google

OBSERVATIONES
PHILOLOGICAE
ET
THEOLOGICAE
IN
EUANGELII LUCAE
CAPITA XI. PRIORA

AUCTORE
CAROLO SEGAAR
L. Gr. Profess. & Eccles. Traj.



BIBLIOTHECA THEOLOGICA

TRAJECTI ad RHENUM,
Apud Viduam J. J. à POOLSUM
ET
ABRAHAMUM à PADDENBURG.
MDCCLXVI.

Digitized by Google

CELSISSIMO AC SERENISSIMO

DOMINO

GULIELMO. V.

PRINCIPI. ARAUSIONENSI

ET. NASSAVIO

BELGII. FOEDERATI

GUBERNATORI. HEREDITARIO

CETERA

HOC OPUSCULUM

IN SUMMAE VENERATIONIS

MONUMENTUM

D. D. D.

CAROLUS SEGAAR.

Digitized by Google

LECTORI AEQUO

S. D.

CAROLUS SEGAAR.

Exhibeo hic Tibi, benivole Lector, Obſervationes meas in XI. priora Capita Euangelii Lucae. De iis antequam aliquid dicam, liceat nonnulla monere ad *Epiſtolam Criticam*, quam non ita pridem ad L. C. Valckenarium V. C. dedi. P. VIII. & ſeqq. notavi variantes ex Etymol. Traj. lectiones, bonas mixtas malis: hinc ſcripſi: *Dantur in Noſtra & aliae quam in Ammonio lectiones*

nes & nonnullae certe meliores. Nullus dubitabam, Cl. Valcken. in *Animadv.* pag. 219. Fragmenti Aristophan. v. Ὑπαγειν veram dediſſe lectionem; notatu tamen dignum videbatur επαγεις, quod in Noſtro reperiebam: neque & hoc reſpuit Vir magnus; cum Graeci, ut διδοναι, ſic & επαγειν ὅρκον *adigere jusjurandum*, *adigere ſacramento*, dicant. Placebat ipſi illud δερματιον pro δερμα τι in Πειρα κ. π. Dixi pag. XI. v. Αρρωστος, Traj. pro ως Αριστοφανης φησι habere, οὕτω Αριστοτελης: monuit me Cl. Valcken. indicio Ruhnkenii, in Cod. Pariſienſi

ita

ita quoque legi: deinde v. Γερων, eundem praeter cetera praebere εκ των Αριστανου, quod egregiam emendationem *Anim.* pag. 51. propoſitam confirmat; ſimiliter & Καδες, a Cl. Ruhnken. optime in Αρχαδες transmutatum: denique in eo ſub nomine *Eratoſthenis*, Trajectino laudati v. Αποκηρυκτος p. XIII. plures exſtare verborum differentias. Quae P. XIV. de diverſa in Homero lectione ſcripſi, pro non ſcriptis ut habeas, rogo: adgnoſco enim a Cl. Viro monitus, αμφιεχεσθαι Homero non uſurpari, & quod editur, rei, de qua agitur, unice

aptum esse. P. XV, XVI. ex Traj. exhibui discrimen inter θρατος & θαρσος, & pro τῇ αλογισια addidi legendum forte μελᾳ της αλογισιας: non memineram tum, Cl. Abresch. ad Euripid. locum, quem hic respicit Etym., illa jam notasse *Anim. ad Aesch. L.* III. pag. 175. & recte dedisse ἡ αλογισια P. XXVI, XXVII. proposui conjecturam ad verba v. Ουδεν: παντα γαρ ἡ του κενου φυσις βαραζεται: sed vide, quantum illi praestet haec Ruhnkenii, felicissimi nostra aetate Critici. Nihil mutat Vir acutissimus, tantum pro verbo βαραζεται substituit φανταζεται, leni certe

te medela, ſenſuque optimo. Vocem P. XXVII, XXVIII. Democrito reſtitutam probat Valck. P. XIX. Axiocho reddidi ἐξατμιζονται: conjeceram quoque κἀξικμαζονται; illud tamen praeplacebat: & veram eſſe lectionem jam non dubito, cum & ſummus Hemſterhuſius (ακειται quoque) ita emendandum cenſuerit, ut ex Valck. & Ruhnk. intellexi. Aeliani emendationem, quam habes p. XI, XII. maximo Viro me ipſum probaſſe laetus recordor. Cum enim optimus Praeceptor, cui omnia in hoc ſtudiorum genere me debere, lubentiſſimus profiteor, illum

mihi diligentius legendum commendaſſet, ſedulo id faciebam, interque evolvendum meo quodam modo etiam hic illic criſin exercebam, infelicius ſaepe; nonnunquam tamen εὐστόχως: atque ita in illo loco: quod cum e ſummo Viro audirem, inpenſe, bene memini, gaudebam. In privatis deinde Inſtitutionibus in Aeliani duos priores libros ita & nos ipſe legendum docuit ὁ πανυ. In iis, quae p. XXXII, XXXIII. recenſui, omiſi v. Στρατεια. Et plura erunt, quae hic me effugerint. Atque haec quidem hactenus. Ad has Obſervationes quod adtinet, ſcias velim, jam ante an-

annum maximam partem fuiſſe conſcriptas & prelo traditas: quod niſi ita fuiſſet, alia certe facie in publicam lucem prodirent; varia namque, & plura, quam equidem vellem, continent ſatis trita, nonnulla etiam teſtimoniis minus forte idoneis, numero ſaltem pluribus, quam neceſſe erat, adſtructa. Non eo autem ad hoc opus adgreſſus ſum, quo hujusmodi, vel doctioribus etiam, Obſervationibus, litteras Graecas multum juvari poſſe, arbitrarer; verum, ſi forte mei ordinis Homines, Theologos, ad Muſas Graecas ſtudioſius colendas incitarem, eorumque induſtriam a-

cue-

Digitized by Google

cuerem: maxime vero, exemplis ut in medio positis docerem, Interpreti sacro *varias lectiones* non tantum non esse negligendas; sed & probe notandas, atque observandas. Hanc ob causam *variantes*, quas vocant, quae saltem non nullius viderentur esse momenti, passim adtigi: aliquas etiam cum vulgata pluribus excussi: ut *C.* X. 22, 23. *C.* XI. 2. & alibi. Temerariam crisin interdum castigavi, ut videbis *C.* I. 35, 78, 79. Nonnunquam tamen & ipse vulgatam lectionem deserui, aliamque praetuli: ut *C.* IV. 18. *C.* IX. 50. aliisque locis. Hic quaedam

ex

ex Patribus & aliunde depromta reperies, quae aliis, quod sciam, non sint observata. In nonnullis, ut in plurimis aliis, quod hic gratus adgnosco, praeeuntem habui Hemsterhusium; in nonnullis non item; ad aliam quoque sententiam aliquando discessi. Conjecturas parce admodum & timide proposui. Addidi hic illic emendationem aliorum scriptorum, ut *C.* XI. 11. alibi. Hebraica quoque, ubi res ferebat, non praetermissa. Quibusdam locis adsperſi & Observationes *morales*, quas in litterarum, sacrarum inprimis, pertractatione, perutiles & necessarias duco: quid enim absque

hu-

humanitate, modeſtia, aliisque virtutibus, quas tam graviter & divine ſuis inculcavit ſupremus Magiſter, omnis eruditio, omne litterarum humaniorum ſtudium? Lectu ſane digna, quae in hanc mentem ſcripſit Vir eximius in *Dedicatione* ad *Eurip. Supplices.* Diſſenſi haud ſemel a Viris, quos cum maxime florentes in Eccleſia Dei plurimi facio; ſed modeſte niſi fallor, nec absque omni ratione. Miraberis forte, locum me πολυθρυλλητον *C.* II. 2. praeteriiſſe: verum hoc factum, quia hic nondum liquet. Ceterum haud exiguam qualiumcumque harum Obſervationum

pa-

Digitized by Google

partem ſcripſi, & cum ſcriptis contuli, inter negotia ψαμμοκοσιογαργαρα; quod facile, puto, credent, qui res meas norunt. Hinc non dubito, quin errata nonnulla & ſcribens admiſerim, & corrigens praetermiſerim. Vitia in interpunctionibus, aut hac illave littera, non ſunt tanti; ſed dabuntur graviora, quale vidi p. 80. lin. 14. ubi peſſime: apud Plutarchum *in libro Epigr.* pro, p. 182. II. *libro Epigr.* Plutarchum paulo ante laudaveram. Item p. 185. Kuſt. pro Duk. P. 139. lin. 5. a fine poſt πραττειν quoque male omiſſum, aut potius πραττεσθαι: quod vel ex-

em-

empla adducta docent: conf. quae *Moeris* notat p. 276. ubi & Pierſonus: Verum novam jam provinciam nacto tantum mihi ab re mea neutiquam eſt otii, ut ſcripta diligenter relegam. Ad calcem eſt index locorum Lucae, quae hic explicantur, aut illuſtrantur: alii non ſunt adjecti; qui forte adcedent, ſi (de quo nihil quidem certi ſtatuere licet) quod exorſus ſum, pertexam: id cum fiet, graviora, aliis omiſſis, critica inprimis, ſi Deus coeptis adlabatur, pluribus perſequi animus eſt. Ita vale, & conatibus meis fave. Dabam Traj. ad Rhenum D. XXIV. Nov. MDCCLXVI.

C A-

CAROLI SEGAAR
OBSERVATIONES
PHILOLOGICAE
ET
THEOLOGICAE
IN
EUANGELIUM LUCAE.

Inſcriptio eſt: τὸ κατὰ Λυκᾶν Εὐαγγέλιον. Λυκᾶς eſt nomen ὑποκοριστικὸν, contractum, non, ut Ill. Grotius putabat, ex *Lucillius*; ſed ex *Lucanus*, ut *Silas* ex *Silvanus*. Quod egregie firmant duo Codices MSS. quibus inſcribitur *Euangelium ſecundum Lucanum*, & antiquiſſimus Codex Euangeliorum in Bibl. Cottoniana, ubi ad calcem haec verba leguntur: *Explicit Euangelium ſecundum Lucanum.* V. Cll. Viri Mill. ad 1 *Theſſ.* I. 1. Fabric. *Bibl. Gr. Vol.* 3.

Digitized by Google

p. 132. Burm. P. *harmon. Euang. p.* 235. Idem noſter ac de quo Apoſtolus ſcribit *Col.* IV. 14. Ασπαζεται υμας Λυκας ὁ ιατρος ὁ αγαπητος Ita enim omnes paſſim veteres cenſuerunt, Euangeliſtam noſtrum vocantes Λυκαν τον αποστολον και ιατρον, ut loco mox laudando Auctor *Synopſeos Sacrae Scripturae*, aliique; ipſumque deſcribentes, tanquam qui *bis medicus* fuerit, ut habet Paulinus loco a Fabricio laudato, *prius arte, deinde loquela.* Praeterea jungitur hic cum Dema, uti 2 *Tim.* IV. 10, 11. & *Philem.* ϑ. 24. ubi vero omnes de Luca noſtro cogitant. Erat Pauli comes etiam in vinculis. Laudatur quoque ab Apoſtolo, ut communis, nec ſine ratione, fert opinio, 2 *Cor.* VIII. 18. Vere ita laudabilis Lucas, ut alibi ſcribit Ambroſius, qui meruit a tanto gentium doctore laudari! Το κατα Λυκαν Ευαγγελιον non, Euangelium *ſecundum* aut *juxta Lucam;* ſed *Lucae:* quod non eſt ut poſt Cl. Elsnerum aliosque pluribus probem. Locutio Diodoro Sic. prae ceteris perquam familiaris. V. Weſſelingius noſter, in cujus obitu Orbis eruditus, Eccleſia, & Academia irreparabilem nuper jacturam paſſa eſt, ad *L.* 14. *C.* 12. Verum, quid hoc ſignificat? An, Lucam eſſe auctorem hujus Euangelii? num vero tantum, ab ipſo eſſe conſcriptum, ita ut alteri tanquam auctori adtribuendum ſit? Quaeſitum non nullius momenti dignumque, quod ſub examen vocemus. Nimirum haud pauci inter Patres ita de quatuor Euangeliſtis ſcribunt: *Matthaeum* & *Joannem* ipſos hiſtoriam rerum a Domino geſtarum in literas retuliſſe; *Petrum* vero & *Paulum*

a *Marco* & *Luca* referendam curaſſe: quando Paulus & Petrus pro primariis omnino auctoribus Euangeliorum *Lucae* & *Marci* habendi ſunt. Miſſum facimus Marcum, de Luca hic ſolo ſolliciti. Irenaeus ſic habet *L.* 3. *contra haereſ. C.* 1. και Λουκας δε ὁ ακολουθος Παυλῳ το ὑπ' εκεινου κηρυσσομενον Ευαγγελιον εν βιβλιῳ κατεθετο. Repetit haec Euſeb. *Hiſt. Eccl. L.* 5. *C.* 8. Tertullianus diſerte p. 505. ed. Rigalt. *Lucae digeſtum Paulo adſcribere ſolent.* Auctor *Synopſeos S. S.* qui exſtat inter opera Athanaſii, longius procedit, ſcribens Euangelium Lucae ab Apoſtolo eſſe *dictatum.* En ejus verba Opp. *T.* 2. *p.* 155. Το κατα Λουκαν Ευαγγελιον ὑπηγορευθη μεν ὑπο Παυλου του Αποστολου, συνεγραφη δε και εξεδοθη ὑπο Λουκα. κ. λ. Haec loca tanti fuerunt apud eruditos viros, ut Euangelium a Luca modo ſcriptum eſſe opinati ſint, Paulum vero auctorem habere. V. Moshemius vir magnus *Comm. de rebus Chriſt. ante Conſt. M. p.* 87. & Cl. Pfaffius *diſſ. de variis N. T. lectionibus p.* 41-43. ubi & alia ad hanc ſententiam ſtabiliendam reperies; ſed ad quae bene reſpondit Cl. Wolf. in *Curis.* Ut dicam, quod ſentio, hic tantum apud me non valent iſta veterum teſtimonia. Ultimus, quem laudavi, locus hic minus certe in cenſum venit. Non diſputo jam de Auctore iſtius Synopſ. ſed quis crediderit, Lucam in conſcribendo Euangelio Pauli tantum amanuenſem egiſſe, niſi de Noſtro intellexeris, quemadmodum de Marco exponit ὁ παυυ Valeſius *ad Euſeb. H. E. L.* 3. *C.* 39. Conf. quae monemus ad Com. 3. Ad Tertullianum quod adtinet, Irenaeum hic

ſaepe ad verbum imitatur & deſcribit; ut videre eſt in *lib. adv. Valent.* Ad Irenaeum itaque tota ferę res redit. Verum Viro S. fides ſemper haberi non poteſt; ſaepius enim falſas traditiones ſecutus eſt: quod pluribus exemplis in medio poſitis docuit idem, qui hic tantum ipſi tribuit, Pfaffius, *Not. in Iren. Fragm. Anecd. p.* 30. ſeqq. Sed agedum inſpiciamus ipſum optimi Patris locum. Reperimus ibi in proxime praecedentibus haec verba: Μετὰ δε τον τετων (Petri nempe & Pauli) εξοδον Μαρκος ὁ μαθητης και ἑρμηνευτης Πετρε, και αυτος τα ὑπο Πετρε κηρυσσομενα ἐγγραφως ημιν παραδεδωκε. Quomodocumque autem iſta Μετὰ δε τον τετων εξοδον interpreteris, Irenaeum cum aliis Patribus vix ac ne vix quidem in concordiam redegeris. Vid. quae notat Cl. Maſſuetus. Et, ut dicamus, quod res eſt, Veteres generatim ita in his ſimilibusque rebus diſſentiunt, ut de ſacrorum Euangeliorum ſcriptione nihil fere certi habeamus, niſi, quatuor tantum eſſe, & a quatuor auctoribus ſcripta: quemadmodum recte obſervavit Valeſ. ad *Euſ. H. E. L.* 5. *C.* 8. Cetera Irenaeum noſtrum & audiamus alio loco. Eodem nempe Libro *C.* 14. dicit §. 1. „ Si autem Lucas quidem, qui ſemper cum „ Paulo praedicavit, & dilectus ab eo eſt dictus „ (reſpicit locum *Col.* IV. 14. quem mox laudaverat) & cum eo euangelizavit *& creditus „ eſt referre nobis Euangelium*, nihil aliud ab eo „ didicit, *cet.* Sed §. 2. ita fatur: Sic igitur & „ Lucas nemini invidens ea, quae *ab eis* (Apoſtolis puta) *didicerat*, *tradidit nobis*, ſicut „ ipſe teſtificatur, dicens: *Quemadmodum tradide-*

„ *runt*

„ *runt nobis qui ab initio contemplatores & miniſtri* „ *fuerunt verbi.*„ Videmus ita, non ſatis ſibi conſtare virum egregium. Conferamus, ſi placet, cum hiſce locum Hieronymi in *Catal. Script. Eccl. T.* 4. ed. Martian. *P.* 2. *p.* 104. Quidam „ ſuſpicantur, ait, quotiescumque in Epiſtolis „ ſuis Paulus dicit, *juxta Euangelium meum*, de „ Lucae ſignificare volumine: & Lucam non „ ſolum ab Apoſtolo Paulo didiciſſe Euange„ lium, qui cum Domino in carne non fuerat; „ ſed & a caeteris Apoſtolis. Quod ipſe quo„ que in principio ſui voluminis declarat, di„ cens: *Sicut tradiderunt nobis, qui a principio* „ *ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.* Igi„ tur Euangelium ſicut audierat, ſcripſit„ Paulo ante dixerat doctiſſimus Pater, Noſtrum ſcripſiſſe Euangelium, de quo Paulus, *Miſimus cum illo fratrem, cujus laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.* Locum ſupra habuimus. Verum de his ſatis. Addo tantum, me praeterea perſpicere quoque non poſſe, quo pacto virorum doctiſſimorum ſententia conciliari queat cum eo, quod de ſe ſcribit Lucas Com. 3. παρηκολουθηκοτι ανωθεν πασιν ακριβως. Vide, quae de iſtis verbis notamus. Id tamen nequaquam negaverim, neque hoc iſtis refragatur, Lucam Apoſtolorum, Pauli inprimis, conſuetudine haud negligenter uſum, eo non parum eſſe adjutum, ad certam adcuratamque in Euangelio hoc edendam hiſtoriam; quemadmodum ait Euſebius *H. E. L.* 3. *C.* 24. τον ασφαλη λογον ων αυτος ικανως την αληθειαν κατειληφει, εκ της αμα Παυλω συνουσιας τε και διατριβης, και της των λοιπων Αποστολων ομιλιας

ωφελημενος, δια τε ιδιε παρεδωκεν Ευαγγελιε.

Euangelium hoc cum aliis nominibus tum illo etiam quam maxime commendatur, quod plurima atque insignia Euangelicae historiae capita exhibeat, quae alibi frustra quaesiveris. Summatim ea perstrinxit Irenaeus *L.* 3. *contra haer. C.* 14. §. 3.

CAPUT PRIMUM.

Com. 1.

Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων.

Quinam sunt illi πολλοί? De eo parum convenit inter eruditos: ut apud Wolfium aliosque videre est. Pateret hic amplissimus disputandi campus, si varias sententias examini subjicere vellemus. Verum id non est hujus loci. Neque hoc admodum necesse, postquam Cl. Theologus Aeg. Gillissen duabus dissertationibus de *SS. Euangeliis ad Apocryphos quosdam libros non accommodatis* totam hanc causam tanta adcuratione atque eruditione pertractavit, ut nemo harum rerum paulo peritior amplius quid desideret. Inmerito utique Basnagius aliique voluerunt, phrasin, qua hic utitur auctor, inperfectiorem laborem cum aliqua animadversione inferre. Praeierant multi inter veteres; sed hos minus bene hic secuti sunt viri docti. Επι-

χει-

χειρειν quidem propria ſignificatione eſt *manum alicui rei admovere*, atque hinc *incipere*, *conari aliquid facere*. Επιχειρεω hinc in Gloſſis *aggredior*. Επιχειρω *conor*, *affecto*, *incepto*. Επιχειρησις *conatus*, *adfectatio*. Idem εγχειρεω: unde & ibidem εγχειρημα *inceptum*, *conamen*, & εγχείρησις *conatus*. Επιχειρειν quoque de *conatu irrito* venit: ut in pſephismate, quod poſt triginta tyrannos ejectos condiderunt Athenienſes, quod habet Andocides *de myſt. p.* 13. ubi εαν τις κτεινων αποθανη, ἢ επιχειρων, ſcilicet κτεινειν, occidere conatus κ. λ.: vides ibi oppoſita κτεινων & επιχειρων κτεινειν. Joſephus etiam, non ſine nota reprehenſionis phraſi hac uſus duobus locis ab Ottio laudatis, quibus tertium adde Opp. *T.* 2. *p.* 5. ἡ θαρρων επεχειρησεν και την ἱσοριαν πραγματων τυτων αναγραφειν. Verum ſaepe etiam adhibetur ad ſignificandum conatum cum effectu; quin & effectum absque ullo reſpectu ad conatum aut rei initium. Vid. hic Grotius, Caſaubonus & Pricaeus. Et, quod inprimis notandum, in hiſtoria ſcribenda apud Graecos tam frequenter occurrit, ut huic rei quaſi proprium eſſe videatur. Raphelius aliique tot teſtimoniis hoc demonſtrarunt, ut plura producere ſuperſedeam, ne in re liquida taedio ſit exemplorum copia. Latinum *adgredi* eodem modo tritum. Vide, ſi tanti ſit, ad *Liv.* I. 42. De verbo αναταξασθαι nihil monerem, niſi varii praeclarae eruditionis viri ſcripſiſſent, idem hic eſſe, quod συνταξασθαι. Ita inter alios Beza noſter. Certum eſt, ut obſervavit Vir Graece doctiſſimus in *Annot. Polyb.*, haec verba inter ſe promiſcue uſurpari, quem-

admodum αναγραφειν & συγγραφειν: Cyrillus etiam explicat per συνταξαι: atque ανα & συν alias quoque saepe idem significant. Differunt tamen, si propriam illorum rationem spectes. Συνταξειν est plura juncta ordinare, componere: Ανατασσειν singula suis locis ordinata collocare. ξυγγραφειν dicitur επι πολλων, ut monet Schol. Thucyd. initio, estque plura in unum collecta scribere, conscribere. Αναγραφειν vero suis quaeque locis posita scribere. Jam mihi Lucas verbum αναταξασθαι non sine delectu posuisse videtur, quo indicaret, πολλους illos, quos hic indigitat, narrationem rerum gestarum ita conscripsisse, ut omnia, quantum pote, in ordinem disposuissent. Ita ut sentiam, facit Com. 3. Εδοξε καμοι π. α. π. α. καθεξης σοι γραψαι. Recte itaque Belgae nostri *om in orden te stellen.* Vulg. *ordinare.* Περι των πεπληροφορημενων εν ἡμιν πραγματων. In phrasi hac explicanda variant multum Interpretes. Cl. Abresch putat πληροφορεισθαι proprie dictum fuisse de foetu, qui in matris utero justum exegit tempus; atque hinc tropice πραγματα πεπληροφορημενα esse ejusmodi res, quae suum accepere complementum, & quarum adeo ad perfectionem nihil deest. V. *Adnot. ad quaedam loca* N. T. ad calcem *Anim. ad Aesch. p.* 565. Haec, quod pace literatissimi Viri dixerim, mihi incertiora & longius petita videntur. Vulg. dederat: *quae in nobis completae sunt, rerum.* Quid sit illud, *in nobis completae*, paulo est obscurius. Substitue pro *in nobis, inter nos;* &, ad rem quod adtinet, non multum abibit ab illo Abreschii. Atque hoc sequuntur plures Viri eruditi, ex

ex alio tamen fonte derivantes. πληροφορεω ſcilicet eſt quaſi πληρες φορεω *plenum adfero:* unde prono alveo fluit notio *implendi.* Hinc venit pro *explere cupiditatem, deſideria.* Sic alibi apud Palladium de *Brachmanibus.* Atque apud Helleniſtas & S. Scriptores plus ſimplici vice idem ac πληρων. LXX. *Eccleſ.* VIII. 11. adhibuerunt ad exprimendam vocem Hebr. מלא quod alias per πληρων redditur. Apoſtolus 2 *Tim.* IV, 5. την διακονιαν σου πληροφορησον. Add. ib. *Com.* 17. Plura dabit magnus Pearſon *Annot. ad Ignat. Epiſt. p.* 9. & Hammond. ad h. l. Vellem itaque non ſcripſiſſet Beza, πληροφορειν non declarare το πληρων id eſt implere: atque locis ex *Ep. ad Tim.* citatis a vulg. Interprete non receſſiſſet. Non raro, ut hoc addam, utrumque verbum quoque eſt confuſum, quemadmodum in Epiſtolis Ignatii. Ita etiam *Col.* IV. 12. pro πεπληρωμενοι varii Codd. & Patres habent πεπληροφορημενοι, quod praefert Millius. Trita tamen in hoc verbo magis notio *certiorem reddere, fidem facere;* atque ita non tantum apud noſtros ſed & apud exoticos frequentatur. Vid. Cler. ad Hammond. & Valeſ. *Emend. p.* 8. Optime Vulg. *Rom.* IV. 21. πληροφορηθεις *pleniſſime ſciens.* Heſych. επισωθη interpretatur, επεισθη, επληροφορηθη. Deducunt nonnulli hanc notionem a priore illa *implendi;* quia ſcilicet, donec exempta ſit dubitatio, animus veluti fame laborat, quae ceſſat, cum fides eſt certa. Sic alibi Camero. Cl. Carpzovius in egregiis ſuis *Exercit. in Ep. ad Hebr. ad C.* X. 22. *p.* 468. poſtquam monuiſſet quaenam Alberti ſit opinio, ſubjungit

„ quamvis mallem: ὃ πλήρη πίστιν φορει per *fidem*, „ *quae totum hominem implet, nec vacui quid-* „ *quam in eo relinquit* ita, ut πληροφορία & παρ- „ ρησία indubitatam indicent fiduciam & certam „ perſuaſionem.„ Mihi vero magis probatur Cl. Alberti ſententia, quam habes *Obſerv. p.* 430. Graeci ſcilicet dixerunt φερειν αργυριον, φερειν φορον, ut apud Iſocr. *Panath. p.* 246. φερειν μισθον, quod plus ſemel apud unum Thucydidem. Latini ſimiliter *ferre*. Hinc φορα, ut χρηματων φορα apud eundem Thucyd. quod Schol. exponit δοσις. Dixerunt porro non tantum πληρης μισθος, & quae ſimilia; ſed & πληρης φορα, quod habes apud Demoſth. aliosque. πληροφορεω ita eſt, *plenam ſolutionem fero, plene ſolvo, ſatisfacio.* Atque hinc jam ad *fidem* tranſlatum: uti videbis l. c. Conf. ſi placet & Wetſten. ad h. l. Ceterum hoc ſenſu proprie de *perſonis* adhibetur. Inde hic nonnulli Interpretes ita Lucam intellexerunt, ut ſpectet certam fidem, qua res geſtae ab ipſis cognitae erant. Ita Euſebius *H. E. L.* 3. *C.* 24. δηλων, ὡς αρα πολλων και αλλων πρὸπετεςερον επιτετηδευκοτων διηγησιν ποιησασθαι, ὧν αυτος πεπληροφορητο λογων. Eodem modo in homilia ex interpretatione Hieronymi. „ Effectum ſuum Lu- „ cas indicat ex ſermone, quo ait, in nobis ma- „ nifeſtiſſime ſunt oſtenſae, id eſt πεπληροφορη- „ μένων, quod uno verbo Latinus ſermo non „ explicat. Certa enim fide & ratione cogno- „ verat, neque in aliquo fluctuabat, utrum ita „ eſſet, an aliter.„ Verum recte Beza aliique notarunt, hic non quaeri, ſitne creditum Apoſtolorum teſtimonio, an ſecus: ſed quam certo

tes-

teſtimonio poſſint ea confirmari, de quibus ipſe dicturus eſt, quum ſint alioquin incredibilia. Vox πληροφορεισθαι ſcilicet etiam ad *res* tranſlata; notatque ſic *res, quarum certa & indubitata eſt fides.* Ita alibi, apud Clem. Alex. niſi fallor, inveni oppoſita πεπληροφορημενα & μυθωδη. Intellige igitur hic: *de rebus, quae certa fide inter nos geſtae ſunt*; vel, *quas inter nos geſtas eſſe, argumentis omni exceptione majoribus conſtat.*

Ib. COM. 3.

Παρακολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς.

Merentur haec paulo curatius expendi. Diſpiciamus primo de phraſi παρηκολουθηκότι πᾶσι. Verbum elegans eſt παρακολουθειν, variisque uſibus diſtinctum. Diligenter de eo egit adcuratiſſimus Raphelius. Non abs re erit in minus peritorum gratiam quae huc pertinent, ſingula perſequi. Παρακολουθειν proprie eſt *pone* vel *juxta quem ſequi* ſive honoris ſive miniſterii cauſa: Dicitur adeo de eo, ut recte Erasmus, *qui, quoquoverſum te conferas, adeſt & aſſectatur individuus comes.* Hinc & *multum cum aliquo verſari* dicit, Vid. Diod. Sic. *L.* 20. *C.* 29. ubi ἐπακολουθειν & παρακολουθειν juncta habes. Euſebio hoc ſenſu in deliciis fuit. Sic *H. E. L.* 4. *C.* 39. de Papia: τους μεν των αποστολων λογους παρα των αυτοις παρηκολουθηκοτων ὁμολογει παραδεδεχθαι. Et, nonnullis interjectis, de Marco Euangeliſta: ὑτε γαρ ἠκουσε τε κυριε, ὑτε παρηκολου-

λυθησεν αυτῳ V. Raphel., ubi plura. Verum deinde, quemadmodum Graeci, inprimis Philosophi, verbum διωκειν, vel etiam ϛοιχειν, pro *sectari personam* aut *rem*, ita & παρακολυθειν adhibuerunt. Atque sic explicandum puto, quod Apostolus scribit ad *Timoth. Ep.* 1 *C.* IV. 6. της καλης διδασκαλιας, ἣ παρηκολυθηκας, praeclarae doctrinae, *quam sectatus, quam amplexus es, quam probasti.* Item *Ep.* 2 *C.* III. 10, 11. Συ δε παρηκολυθηκας μου τῃ διδασκαλια, τῃ αγωγῃ, τῃ προθεσει, τῃ πιϛει, τῃ μακροθυμια, τῃ αγαπῃ, τῃ ὑπομονῃ, τοις διωγμοις, τοις παθημασιν. Παρακολυθειν hic, εμοιγε κριτῇ, oppositum est τῳ refugere, detrectare, notatque probare, sequi, amplecti. Observavit Casaub. ex *Polybii Excerptis de Legat. C.* 7. ϛοιχειν τῃ της συγκλητῳ προθεσει: & plura talia reperies in Not. Cl. Fabric. ad *S. Empiric. p.* 255. Contextus hanc interpretationem egregie firmat. Si quis tamen Paulo, quod Com. XI. addat τοις διωγμοις, cet. etiam aliam de qua deinceps, verbi significationem, *adsequendi* scilicet, obversatam fuisse, voluerit, non admodum refragabor. Paulo diversum, quod Origenes habet *Opp. T.* 1. *p.* 206. εαν δε παρακολυθῃ τις ητι τῃ ιδια κινησει: *si vero quis vel quid proprium sequatur motum.* Non autem tantum *personae*, sed & *res* dicuntur παρακολυθειν. Habes ib. παρακολυθικην εχει την εν τῳ φθινειν κινησιν: & p. 224. παρακολυθηματα των μεγαλων και επερανιων πνευματικων χαρισματων ειναι τα ϛωματικα. In Glossis nomicis ρε νανδαμ σεκυτα exponitur, πραγματα μηπω παρακολυθησαντα: & sic ibi saepius. Hephaest. de *metris p.* 4. τῃ μεν-

τοι

τοι γε διφθογγῳ ἐαν παρακολυθησῃ το τοιουτον cet. Ita edidit doctiſſ. de Pauw, in *Animadv.* monens, excidiſſe negationem, legendumque ἐαν μη παρακολυθησῃ. Verum melius Juntina habet τῃ μεντοι νι διφθογγῳ ἐαν παρακολυθησῃ τ. τ. Sed pergamus. Παρακολυθειν hinc ſecundo notat *intereſſe alicui rei.* Ita ſaepe Demoſth. ex quo plura loca, ubi ita uſurpatur, notavit Cl. Wetſt. Joſephus hoc ſenſu plus ſemel dixit παρατυχειν πραγμασι, ut *L.* 1. *contra Apion.* & *Proleg. B. J.* οἱ μεν ὑ παρατυχοντες τοις πραγμασι, αλλ' ακοῃ συλλεγοντες; ſed & παρακολυθειν. Elegans eſt locus, quem Caſaubonus, Camero, aliique laudarunt; cui alterum adjicio. Exſtat in *vita ejus T.* 2. *p.* 33. ubi in adloquio ad Juſtum ita: μητε τα πραχθεντα κατα την Γαλιλαιαν επισαμενος, ἧς γαρ εν Βηρυτῳ τοτε παρα βασιλει, μηθ' ὁσα επαθον Ῥωμαιοι επι της Ιωταπατων πολιορκιας, η εδρασαν ἡμας, παρακολυθησας, μηθ' ὁσα κατ' εμαυτον επραξα πολιορκημενος δυνηθεις πυθεσθαι. Ita enim μηθ' ὁσα κ. λ. παρακολυθησας capiendum puto, ut ſignificet; *neque iis, quae* &c. *interfueris.* Tertio denique vox ad mentem tranſlata notat *ſingula examinare, ſeriemque rerum, prout quaeque nata fuerit, perſequi, atque hinc omnia penitus adſequi, cognoſcere, intelligere.* Hunc verbi noſtri uſum multis luculentisque teſtimoniis probarunt eruditi Viri. V. praeter Raphel. Erasm. Gataack. *ad Anton. p.* 56 & 144. Wetſten. & Kypke *Obſ. S.* ad h. l. Quibus adde Nobiliſſ. Vir. R. Ellys in *Fortuit. S. p.* 72, 73. Paucis itaque defungemur, ne hic ſimus ασυμβολοι. Aeſchinis locum a Budaeo aliisque laudatum hic to-

totum produco. Habes in Orat. κατα Τιμ. p. m. 16. ὑμας τε βελοιμην ακουσαι, ἐφ' οἷς (ita enim videtur legendum, quamvis & οἷς se tueri possit) εγω μελλω λεγειν, και προσεχειν τον νουν, και παρακολουθειν ευμαθως. Alia mitto. Irenaeus in *Fragm.* a Pfaffio editis p. 25. οἱ ταις δευτεραις των Αποστολων διαταξεσι παρηκολουθηκοτες ισασι. κ. τ. λ. Eleganter Clemens Alexandr. de hominibus alios decipere volentibus *Strom. L. 7. p.* 889. οἱ και, inquit, παρακολουθουντες αὐτοις (ita recte legendum monet Pott.) ὁτι μηδεν επισανται, πιθανοις ὁμως επιχειρημασι σκοτιζουσι την αληθειαν· *qui etiamsi se ipsos explorantes bene noverint, se nihil scire, probabilibus argumentis tamen obscurant veritatem.* Hinc παρακολουθησις pro *rei intellectu* & *cognitione*, quam sedulo studio aut adtentione acquiris. V. Cl. Kypke. Addo S. Empir. *p.* 121. οἱ δε εν ἑκαστῃ τεχνῃ την επι των πραγματων παρακολουθησιν εσχηκοτες. *Sed qui in unaquaque arte rerum cognitionem, versando in iis, adepti sunt.* Jamblich. de *Myst. Aeg. S.* 3. *C.* 2. και ποτε μεν αφανες και ασωματον πνευμα περιεχει κυκλῳ τους κατακειμενους, ὡς ὁρασιν μεν αυτοις μη παρειναι. την δε αλλην συναισθησιν και παρακολουθησιν ὑπαρχειν, ροιζουμενου τε κ. τ. λ. Vides ibi συναισθησιν και παρακολουθησιν juncta, tanquam quibus diligenter adtendens sentias, & percipias divinum & visu non observandum spiritum. Denique hinc ευπαρακολουθητος & δυσπαρακολουθητος de *rebus, quae facile aut aegre intelliguntur.* Praeter loca ab aliis hic excitata vid. *Diod. Sic.* 1, 3. την δ' αναληψιν εχει παντελως ευπαρακολουθητον. Menand. *Fragm. p.* 184. Δυσπαρακολουθητον τι πραγμ' εστιν

εσιν Τυχη. Conf. Cl. Alberti ad *Hesychium T.* 1. *p.* 1519. & Auctarium. Ex his significationibus primam Eusebius hic amplexus est; sed male, ut recte notavit Ill. Auctor *Fortuit* S. & Raphelius. Quo judice secunda & huic loco contraria est, cum ab aliis se sua accepisse dicat Lucas Com. 2. Id non dixerim. Καθως παρεδοσαν ἡμιν κ. λ. significare videtur: quemadmodum tradiderunt nobis Christum professis &c. ut Com. 1. περι τ. π. εν ἡμιν π. Et quid, si noster unus fuerit ex septuaginta discipulis? id quod praeter alios argumentis non contemnendis evincere adnisus est Cl. Heumannus: Quod tamen non adfirmaverim. Verum non adtendit Vir doctus, prooemium Lucae quatuor prioribus Commatibus contentum non tantum ad Euangelium sed & ad Acta Apostolorum pertinere. Novi equidem esse qui aliter sentiunt; sed res mihi extra omnem dubitationis aleam posita esse videtur. Acta carent inscriptione. Sunt quidem codices, qui Lucae nomen in fronte habent hoc modo: Λυκα Ευαγγελισε πραξεις Αποστολων, vel Πραξεις των ἁγιων Αποστολων δια Λυκα Αποστολ; verum quis vel ex titulo Ευαγγελισε aut Αποστολ non videt, haec ab alia manu esse profecta? Legamus quoque initium Actorum: Τον μεν πρωτον λογον, ita orditur Lucas, εποιησαμην περι παντων, ω Θεοφιλε, ὡν ἠρξατο ὁ Ιησες ποιειν τε και διδασκειν αχρι κ. τ. λ. An ex illis, τον μεν πρωτον λογον εποιησαμην, non certissime constat, opus, quod confecit Lucas, constitisse duabus partibus, quarum altera est Euangelium, altera hic Commentarius; ut non male nonnulli Patres vocarunt? Praeterea cur

hic

hic non κρατιστε θεοφιλε, quemadmodum in Euangelio, ſed ſimpliciter θεοφιλε? cur denique ηρξατο π. τ. κ. δ.? Tandem: dicit Noſter, ſe haec καθεξης ſcribere Theophilo, ἱνα επιγνῳ περι ὡν κατηχηθη λογων την ασφαλειαν: Illa certe non abſolverunt, quae gloriam Domini coeleſtem praeceſſerunt; ſed eo quoque omnino pertinent, quae eam conſecuta ſunt. Jam vero, Lucas Acta Apoſtolorum conpoſuit, ſicut viderat: ut recte Hieronymus l. ſupra laud. Male enim Auctor *Synopſ. S. S. p.* 155. τας πραξεις των Αποστολων ὑπηγορευσε μεν ὁμοιως (nimirum ſicut Euangelium Paulus) Πετρος ὁ Αποστολος, συνεγραψατο δε ὁ αυτος Λουκας. Unde confirmatur, quod in ſuperioribus ad praecedentia verba obſervavimus. Quanquam autem haec ita ſint, conſtat nihilominus, tertiam ſignificationem, ſi non unice, at maxime tamen adtendi. Quando Lucas, ut mihi quidem videtur, non adeo ſpectat ipſam, qua inſtructus erat, rerum cognitionem, quam quidem diligens, quod adhibuerat ſtudium, ad omnia probe inveſtiganda, atque excutienda, & quod adhibebat quoque in rebus geſtis hoc libro diligenter enarrandis. Vocula ανωθεν huc, ſiquid video, aperte ducit. Gomarus praeclarae vir eruditionis putabat, illam hic ſignificare *ſuperne* i. e. coelitus, ac divinitus, Dei gratia adſpirante ac dirigente. Diceret itaque Lucas, ſe totam Euangelii doctrinam non tantum adcurate eſſe adſecutum, ſed & per divinam habere inſpirationem. Vid. *Opp. p.* 153. ſecuti ſunt plures docti Viri, & noviſſime hanc ſententiam prae ceteris ornare ſtuduit Vir pl. Ven. H. G. Clemens

mens insigni *Commentario* in hoc Euang. Non possum vero istam interpretationem probare. Ανωθεν fateor, notat *ab alto*, *coelitus*, atque ita in S. L. saepius usurpatur. Alibi item: sic apud Themist. p. 227. ἡ ανωθεν προσηγορια *coelestis adpellatio:* apud Clem. Alex. *Opp. T.* 2. *p.* 869. Θεοθεν ανωθεν; & quae similia plura: Verum hoc non quaeritur. Quaeritur, quid significet phrasis illa παρακολουθειν ανωθεν πασιν ακριβως; quid, cum historicus utatur, quemadmodum hic. Ex genio linguae sic nihil aliud, ut puto, notare potest, quam *alte* & *prima ab origine* omnia persequi & repetere. Vid. de hoc vocis ανωθεν usu, praeter Cl. Fabricium a Wolfio jam laudatum, Nobil. Ellys. l. supra cit. Cl. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 88. & Kypke h. l. Non dissimiliter noster *Actor.* XXVI. 5. προγινωσκοντες με ανωθεν i. e. vel *a principio vitae meae*, vel *a majoribus usque*. Seneca ita *ex alto noscere*. Graeci hoc sensu alias usurpant εξ αρχης, & απ' αρχης. Atque sic h. l. non tantum interpretatur Armen., ut monuit Mill.; sed & ita, ut vidi, citat Severianus *Serm. de Sigillis*, qui exstat inter opera *Chrys. T.* 12. *p.* 412. ed. noviss. Neque Lucae sua defuit ratio, cur de divina inspiratione nihil hic moneret, sed tantum de adcuratione & studio hic a se adhibito: ita enim veritas Euangelica se magis hominum quorumvis conscientiae adprobaret; & Theophilus penitius cognosceret ασφαλειαν &c., ut sequitur *Com.* 4. Ceterum frustra sunt, ut hoc obiter addam, qui coelestem inspirationem cum diligenti tali studio non posse consistere

ſibi aliisque perſuadere velint: Neque ſine aliquo ſtomacho apud Wetſtenium ad initium hujus Com. lego „ ſi Lucas vel Pauli hortatu vel „ *peculiari Spiritus Sancti afflatu* ad ſcribendum „ impulſus fuiſſet, rem memoratu tam dignam „ & ad auctoritatem ſcripto conciliandam tam „ idoneam ſilentio neutiquam tranſiiſſet. „ Quid enim hoc eſt, niſi omnem tantum non peculiarem Sp. S. adflatum, quo ad ſcribendum inpulſi fuerint S. Scriptores, denegatum ire? Nam nullibi fere, diſertis ſaltem verbis, ejusmodi inpulſus aliquam mentionem factam reperias. Nec vel tantillum obſtat illud ἐδοξε κἀμοι. Sed ſufficit haec verbulo notaſſe; theologici enim fori eſt curatius iſta tractare.

Κρατιστε θεοφιλε: bene ad finem poſitum. Non tantum autem apud veteres habes *Theophilos*, ſed & *Theophilas*, ut ap. Martial. L. 7. *Ep.* 69.

Haec eſt illa tibi promiſſa *Theophila*, Cani

Quid Θεοφιλος ſignificet, non eſt in obſcuro. Plura hic congeſſeram, ſed ſepono. Κρατιστου titulus ſatis frequens. Artemidorus Caſſium Maximum, in cujus gratiam duos priores Ονειροκριτικων libros conſcripſerat, *L.* 4. quoque adpellat κρατιστον. Alia mitto. Ceterum quis fuerit noſter hic Theophilus, juxta cum ignariſſimis ſcio. Commune hoc habet Vir inſignis cum pluribus, quibus nonnulli Veterum ſua inſcripſerunt. An Chriſtianus fuerit nec ne, mihi, ut dicam quod res eſt, non liquet. Ex nomine nihil prorſus collegeris: Eadem nomina

ſae-

ſaepe Chriſtianis & Gentilibus data, e quorum numero certe eſt hoc Theophili. Ex Com. 4. ut mox videbimus, nulla quoque, exigua ſaltem, lux adfulget. Quare, conjecturali huic generi parum tribuens, nihil addo. Si vero avidioris ſis ſtomachi, ut haec paucula tibi non ſufficiant, adi utrumque Haſaeum in *Bibl. Brem.* item Heumannum, Horreum in *Miſc. Crit.* & Cl. Cannegiet. diſſ. de *Aviano:* atque ibi abunde reperies, quibus famem tuam expleas.

Ib. COM. 4.

Περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

Potuiſſet & ſcribere: λογων την ακριβειαν, quod habes apud Diog. Laert.; ut & apud Iſocr. *Paneg.* τον ακριβεςατον των λογων ειπειν, ſenſu tamen paulum diverſo: Verum praeceſſerat ακριβως. Ceterum notanda nonnulla ad vocem κατηχηθης. Ex communiori vocabuli uſu Viri docti paſſim colligunt, hic ſignificare *fundamentalem inſtitutionem;* atque adeo Theophilum noſtrum fuiſſe *Chriſtianum.* In S. Litteris, fateor, iſta notio eſt frequentior: Noſter tamen Lucas *Act.* XXI. 21, 24. de ſola *auditione* adhibet. Atque ita οἱ ἔξω ſaepius: Neque enim hoc verbum tam rarum eſt apud veteres, quam quidem putabant Salmaſius libro de *Helleniſt.*, Th. Haſaeus l. c., aliique. Apud S. Empiricum plus ſemel occurrit. V. hic Wetſt. & Fabric. notis p. 216. & 285. Ex Plutarchi lib. de *fluminibus* praeter unum ab Haſaeo laudatum quatuor alia lo-

ca notavit Kypke : Et potuisset quintum addere, si eo penetrasset acies Viri Cl. ut labem perspexisset, quae est in verbis C. 1. ουκ ευτυχησας δε περι των συμβεβηκοτων, ubi certissime legendum κατηχηθεις δε π. τ. σ. quemadmodum docuit Vir in Literatura Graeca facile princeps, Ti. Hemsterhusius, quo me olim doctore usum, laetor & gratus testificor. *Obs. Misc. Vol.* 4. *p.* 284. ubi & hoc verbum a summo Critico Xenophonti Ephesio restitutum reperies. Adde his, si placet, Josephum in *vita p.* 34. Conf. & magnum Casaub.

Ib. Com. 5.

Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου κ. τ. λ.

Plerique omnes, stilum Lucae magis Graecum esse, quam ceterorum, arbitrantur. Quo jure, ego quidem haud perspicio. Non nego, Lucam, quod scribit Hieronymus *Epistola ad Damasum*, inter omnes Euangelistas Graeci sermonis fuisse eruditissimum. Dantur plura loca, praesertim in Actis, in quibus purior est sermo: ipse prologus, de quo huc usque egimus, bene graecus est. Elegantissime quoque saepenumero res describit Noster. Lege mihi quaeso *versiculum* 16. *Cap.* 15. & nihil exquisitius dari posse, mecum agnosces. Talia plura. Verum, cum Lucas res a Christo vel ejus Apostolis aut Discipulis gestas tradit, nullum equidem discrimen inter ipsum ac reliquos Euangelii scriptores deprehendo. Atque haec quidem maximam Euan-

Euangelii & Actorum Ap. partem conſtituunt. Inſpiciamus, ſi placet, ipſum hoc Com. quintum & ſeqq., ac ſentiemus mox, Lucam totum fere eſſe Hebraeum. Gratulor mihi conſenſum Viri, idonei, ſi quisquam, hic judicis, Cl. J. A. Erneſti. Ita illud Germaniae decus ſcribit *Opuſc. Phil. Crit. pag.* 203, 204. . . . . :

„ Primi quatuor Euangelii Verſus, quae eſt
„ praefatio libri de inſtituto ſuo, ita ſcripti ſunt,
„ ut nihil Polybii aut Diodori, aliusve talis ſcri-
„ ptoris Graeci, quanquam non optimi, aut at-
„ tici, at boni tamen dictioni cedant. Sed ſe-
„ ctione quinta, ubi primum de re ipſa, quam
„ exponendam ſibi ſumſerat, dicere incipit,
„ ſtatim ita totus Hebraeus eſt, veluti ex He-
„ braico libro de verbo converſa narratio eſ-
„ ſet. Quanquam non negaverim me proniorem
„ eſſe in hanc ſententiam, ut a Luca quidem id
„ non propterea factum putem, quod non pos-
„ ſet aliter, ſed quod idoneis de cauſis aliter
„ nollet. „ Haec ſufficiunt: legi digna, quae in ſeqq. in hanc rem pluribus diſputantur. Oleum itaque & operam perdunt Viri docti, qui in noſtro Luca omnia pure Graeca praeſtare volunt. Notentur non ſingula verba aut dictiones, ſed tota orationis conformatio & indoles: ut hic. Εγενετο εν ταις ἡμεραις Ηρωδου cet. Tum: Ησαν δε δικαιοι αμφοτεροι ενωπιον του θεου, πορευομενοι εν π. τ. ε. κ. δ. τ. κ. α. Et ſic deinceps. Quin & multas habes locutiones, quas nunquam probaveris eſſe bene Graecas. v. c. Com. 7. και αμφοτεροι προβεβηκοτες εν ταις ἡμεραις αυτων ησαν. Frequenter apud Graecos quidem reperies, προ-

βεβηκοτες την ἡλικιαν vel, addita praepoſitione, κατα την ἡλικιαν, item τῃ ἡλικιᾳ & ταις ἡλικιαις; ſed nunquam, εν ταις ἡμεραις. Dantur quidem, ut dictum, aliae bene Graecae, quas & in ſeqq. notabimus; ſed in quibus Graecis plerumque cum Hebraeis optime convenire, & quas communis paſſim eſſe linguae Graecae, conſtat. Ne itaque cum nonnullis & Atticas ſectemur hic veneres. Admiremur potius & exoſculemur Dei O. M. bonitatem & ſapientiam, qui puriorem diſciplinam veritatesque coeleſtes, in ſalutem perditorum hominum magnamque partem inperitiorum & indoctorum, populari ſtilo conſcribi curavit. Haec ſemel, data occaſione, monuiſſe in poſterum contenti erimus.

Ib. Com. 10.

Ἡν προσευχόμενον.

Goth. ita vertit, acſi legerit προσδεχόμενον. Vid. Cl. Mill. Atque ſic olim quoque lectum fuiſſe, mihi ex eo fit probabile, quod Chryſoſt. utrumque habeat: *Opp. T. 2. p.* 361. ubi in textu quidem eſt προσευχομενον; ſed in ſeqq., Zachariam in Sanctum Sanctorum fuiſſe ingreſſum, inde etiam conſtare monet, quod dicatur, ὁτι εξω ην ὁ λαος προσδεχομενος αυτον: ubi absque dubio non verba *Com.* 21. ſed haec noſtra, quae laudaverat, reſpicit Chryſ. Ceterum in eo plurimi veterum ac recentiorum, inter quos & Erasmus, errant, quod putent Zachariam

riam fuiſſe Pontificem maximum, vel ſaltem ejus Vicarium. Vid. inter alios praeclarus Theologus H. Witſius *Miſc. S. T.* 2. *Exerc.* 15. §. 14, 15. Ubi & egregia in totam hanc hiſtoriam notata reperies.

Ib. COM. 12.

Καὶ ἐταράχθη . . . . . και φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν.

Ταρασσεσθαι adhibetur de quovis animi motu, etiam in re laeta & grata. Ita ſaepius apud Polyb. aliosque. Uſus hic & ipſa rei natura & experientia multiplici nititur. Fefellit tamen hoc genus interdum viros doctos. Habes apud Eurip. *Helen. V.* 1413. του προσθεν ανδρος χαρισιν εκπεπληγμενην. Optime dictum; nec tamen fert Barneſius. Non aliter Muſaeus *Her. & Leandr. V.* 168. Καλλεῖ δ' ἱμεροεντος ανεπτοιητο Λεάνδρου. Lucian. item *T.* 2. *pag.* 412. θαμβος αιφνιδιον ἡμας ειχε του καλλους. Convenit illud *Cant.* VI. 5. Ubi *Dominus* ad ſponſam. *Deflecte a me oculos tuos; nam illi formidoloſos ſe faciunt mihi.* Ita enim vertendum: quemadmodum docuit Linguae Orientalis Stator, meusque olim quoque, quod gratus agnoſco, praeceptor, A. Schultens ad *Prov.* VI. 3. Oculi venuſti ſcilicet, ut ibidem notat Vir ſummus, *radios* ſpargunt *formidoloſos*, quibus mens *externetur* quaſi. Verum haec εν παροδῳ. Conſtat nimirum, *metu* Zachariam fuiſſe conſternatum. Conf. Com. 29. Sequitur & και

φοβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν. Ταραχην & φοβον ſaepe junĉta invenias. V. Diod. Sic. *L.* 20. *C.* 29. & ſic paſſim. Ad phraſin ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν conf. LXX. *Gen.* XV. 12. & *Exod.* XV. 16. item noſtrum *Act.* X. 10. & XIX. 17. Verum datur alia lectio, quae non minus bona: ἐνέπεσεν ſcilicet. Adhibent hoc verbum Graeci de omni adfectu, & promiſcue conſtruunt cum dat. & accuſ., addita praep. εἰς. Diod. Sic. *L.* 20. *C.* XI. ἐμπεσοντος εις τα πληθη θαρσους: apud unum Thucydidem ſaepenumero, ſed paſſim cum tertio caſu. Plura ſi velis, adi τον Παν ad Diod. Sic. *T.* 2. *p.* 456. & ad Herod. *L.* 7. *C.* 43. Priori loco habes: ἐμπεσουσης δε πτοιας και φοβε πανικου: poſteriore: νυκτος φοβος ες το στρατοπεδον ενεπεσε. Vides eandem locutionem. Noſter uſus alio dicendi modo Com. 65. και εγενετο επι παντας φοβος. Pariter *Act.* V. 5, 11.

Ib. Com. 13.

Μη φοβου. κ. λ.

Non diſſimiliter Long. *Paſtor. p.* 133. μηδεν φοβηθης. Διότι εἰσηκουσθη ἡ δεησις σου. Diſputant viri eruditi, ad quamnam Zachariae orationem hic reſpiciat Angelus. Cl. Witſ. l. c. aliique volunt, ſignificari preces praeſentes publicasque: ego malim veteres pro filio. In quo jam olim praeiit Origenes eleganti libello de *oratione p.* 220. *Opp. T.* 1. ed. noviſſ. Tradit ibi diſcrimen, quod intercedit inter δεησεις, προσευχας,

χας, εντευξεις, & ευχαριστιας; atque inter alia monet, δεησιν esse την ελλειποντος τινι μεθ' ἱκεσιας περι του εκεινου τυχειν αναπεμπομενην ευχην, *emissas ab aliquo suppliciter preces, ut id, quo indigeat, consequatur.* Hoc ut probet, adfert haec verba Gabrielis ad Zachariam, περι της γεννησεως, inquit, Ιωαννου, ως εικος, ευξαμενον, *qui, ut probabile est, oraverat de Joannis nativitate.* Liquet hoc, ut videtur, ex eo, quod mox subjungat Angelus: Και η γυνη σου Ελισαβετ γεννησει υἱον σοι. Nescio, an operae sit hic monere, γενναν & apud veteres aliquando, ut hoc loco, catachrestice de *muliere*, adhiberi; ut ex adverso τικτειν de *viro:* ac perinde apud Latinos *gignere* & *parere.* Vid. Conment. ad *Thom. M.* V. γεννα & τικτειν. Add. Pfoch. *de purit. L. Gr. N. T.* §. 43. Cl. Burm. ad *Phaedr.* III. XV. 14. & Vir doctiss. *Obs. Misc. Vol.* 1. *p.* 408, 409. Haec tamen frequentiora, quod nemo negaverit, in V. T. & ap. τους Ἑβδ. quos itaque S. Scriptores N. T. & hic secutos esse, admodum videtur probabile.

Ib. COM. 15.

Μέγας ἐνώπιον τοῦ Κυρίου.

Locutio mere Hebraica. De Domino absolute Com. 32. ἑτος εσαι μεγας. De Joanne hic οὗτος εσαι μεγας, addito ενωπιον του Κυριου. Quod discrimen bene observandum. Vid. quae in seqq. ad dictum locum notamus. Ad illustrationem

locutionis multis non ſatis perſpectae pauca adjiciam. Erit *magnus* ενωπιον του Κυριου ſignificat primo: *Vere* erit *magnus*. Com. 6. habemus de Zach. & uxore: erant δικαιοι αμφοτεροι ενωπιον του Θεου. Poteſt nempe quis magnus vel juſtus eſſe in conſpectu hominum, ut non ſit in conſpectu Dei: ut alibi recte obſervavit Origenes. Deinde: *perquam magnus* erit. Verum ita ſenſus hujus dictionis nondum exhauſtus. Dicit praeterea: quod Domino inſerviens, eique unice vacans, magna praeſtaret, potenti, ut ita dicam, ſub ſigillo divinae adprobationis atque benedictionis. Sequentia hic commentarium praebent, inprimis Com. 17. Legimus *Gen.* X. 9. de Nimrodo: *Iſte erat praepotens, virium conpactione excellens,* גבור *venator* לפני יהוה *coram Domino.* Conf. hic Cl. Periz. *Orig. Babyl. p.* 301. Nimirum:

——— ——— *Prius omnis in armis*
Spes fuit, & nuda ſilvas virtute movebant
Inconſulti homines:

ut eleganter Gr. Faliſcus in *Cyneg.* non multum ab initio. Ubi vid. Not. Talis noſter Nimrod. Erat praepotens *venator.* Et Dominus lacertos ſufficiebat, coeptisque favebat: unde omnia ipſi pro voto cedebant, principatumque inter ſuos obtinebat. Addamus, ſi placet, duo alia loca. *Job* VIII. 16. & *Pſ.* LXXII. 5, 17. Priori habes: ſuccoſus ille לפני שמש *ante faciem ſolis*, id eſt, ſub benigno ſolis fotu atque influxu, qui illic loci repraeſentat blandiorem & ridentem

tem fortunam, qua hypocritae res mirum in modum provehuntur & enitescunt: audis magnum Commentatorem. Vid. & Vir summus ad *Hamasa* p. 424. Idem adspectus posteriori loco. Com. 5. עם שמש idem est, quod Com. 17. לפני שמש; sed variandi stili gratia ita enunciatum; sequitur enim לפני ירח Significant ista quidem, ut passim monent Interpretes, perpetuitatem rei, de qua sermo est; verum id non unice. Subditi Messiae Dominum timerent *sub benigno influxu solis lunaeque*, hoc est, sub benigno coeli influxu, omni coelestium benedictionum genere gaudentes. De *sole* res clara. De *luna* verbulum addendum. Illa & נר dicta, nomen ita sortita a *benignitate;* quod terrae proxima singularem vim in eam exserat, hinc & Plutarcho μητηρ κοσμου dicta. Vid. quae notavit Cl. D. Millius *Diss. Sel. p.* 233. seqq. Sic & *nomen Messiae suboleseceret in seculum sub laeto solis influxu.* Solem nempe & generationi inservire, olim creditum. Sed manum de tabula.

Ad ultima: και οἶνον και σίκερα οὐμὴ πίῃ· και πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται: confer locum Apostoli *Eph.* V. 18. και μη μεθυσκεσθε οινῳ —— αλλα πληρουσθε εν πνευματι.

Ib.

Ib. Com. 17.

Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνωπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλιου, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, και ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαιών, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.

Lectu digniſſima, quae poſt Cl. Ikenium hic ſcripſit inſignis S. L. noſtra aetate interpres Cl. H. Venema in Conm. ad *Mal.* III. 23, 24. Nos in eximium locum ſequentia notamus. Conjungit hic Angelus Com. 1. & Com. 23 & 24. (in textu Hebr.) capitis tertii Malachiae.

Signata phraſis: εν πνευματι και δυναμει Ηλιου. Saepe πνευμα και δυναμις jungitur. V. *Act.* VIII. 38. 1 *Cor.* II. 4. 1 *Theſſ.* I. 5. ubi in v. δυναμις praecipue reſpicitur ad *virtutem miracula patrandi.* Ita vero hic capi non poteſt: Joannes enim nulla, quantum equidem novimus, miracula edidit. Spectatur potius *virtus*, *animus intrepidus*, *firmus atque conſtans*, quo Joannes referret *Eliam*, quod notat *robur meum Dominus*, ut & Cl. Interpres notavit. Ceterum hic certe eſt ἓν διὰ δυοῖν: Atque verba, εν πνευματι και δυναμει Ηλιου, modo loquendi perquam uſitato, ſignificant *inſtructus ſpiritu roboris* Eliae, vel quod malim, *virtute ſpiritus* Eliae. Ita Joannes foret

νεος

νεος Ηλιας, quemadmodum vocat Nazianzenus *Orat.* 39. Verum haec facilia. Quae ſequuntur non adeo expedita. Videamus. επιστρεψαι, ita pergit Gabriel, καρδιας πατερων επι τεκνα, και απειθεις εν φρονησει δικαιων, ετοιμασαι κ. τ. λ. Πατερες hic certe ſunt majores, V. Com. 55, & 72. alibi. Dio Caſſ. *L.* 5. *p.* 495. D. καταφρονεισθαι και καταπατεισθαι προς γυναικος Αιγυπτιας αναξιον μεν των πατερων κ. λ. Ita ſaepius. Sic & Latini. Cogitandum itaque de Abrahamo, Iſaaco, Jacobo. *Filii* horum patrum ſunt Judaei tunc viventes. Hi progenitoribus admodum erant diſſimiles. Animi itaque Parentum a filiis alienati erant, atque illi pudore ſuffundebantur hos videntes: ut habes apud Vatum principem *C.* XXIX. 22. Joannes autem noſter Patres illos conciliaret cum liberis. *Converteret animos patentum ad filios.* In v. καρδιαι cogitemus de interiore illo motu, atque tenerrimo adfectu, quo parentes feruntur in liberos. Ad phraſin conf. locum adpoſitum *Eſdr.* VI. 22. ubi de Deo: και επεστρεψε καρδιαν βασιλεως Ασσουρ επ' αυτους κ. λ. *Et conciliaverat ipſis animum Regis Aſſyriae* &c. Plura hic dabit Cl. L. Bos. Sequentia varie explicant Interpretes. Diſpiciamus primo de ſenſu vocum, εν φρονησει δικαιων. Vir Cl. vertebat *ſuadendo juſtitiam;* verum recte Cl. Elsn. obſervavit, φρονειν non ſignificare *ſuadere.* Dantur equidem verba adgregatae notionis, atque in horum numero & φρονειν eſſe forte quis dixerit: verum id nondum, quod ſcio, probatum: quin ſi vel id probatum foret, res nondum ad liquidum eſſet perducta; nam iſta adgre-

gregata notio ſe item ad *verbalia* non extendit: ut monuit Cl. Abreſch *Diluc. Thucyd. Auctar. p.* 239. Aliter itaque haec verba explicanda. Idque duplici ratione commode fieri poteſt. Δικαιων nempe potes capere vel maſculino vel neutro genere. Τα δικαια ſaepe pro *juſtitia*, *jure*, quod praedicti Viri docti pluribus probatum dederunt, quibus alia, quae ubique proſtant, addere nihil adtinet. Φρονησις δικαιων ita erit *intelligentia* vel *intelligens cura juſtitiae*. Notum eſt cum aliunde tum ex S. L. Φρονειν τα του Καισαρος, του Θεου, της σαρκος. Habemus ipſam phraſin τα δικαια φρονειν apud Dionem Caſſ. *L.* 50. *p.* 495. C. τοις τα τε δικαιοτερα και τα ευσεβεστερα και φρονουσι και πρατ̃ουσι. Atque ita ego olim cum pluribus hanc phraſin intelligebam. Nunc vero magis propendeo in alteram hujus locutionis interpretationem, qua vox δικαιων maſcul. gen. accipiatur. Id ſtilo ſacro adcommodatius. Δικαιοι paſſim in noſtris libris ſunt pii majores incredulorum Judaeorum; ut egregie docuit Cl. Venema. His ſummo jure tribuitur Φρονησις *ſapientia* & *prudentia*: Dum filii ipſorum erant απειθεις. *Inobedientia*, ut ſcite hic monuit vir egregius J. A. Bengelius in *Gnom. juvenile* vitium, *patres prudentia* & *juſtitia* maxime decet. Plutarcho ſenectus dicitur ἡ το φρονειν επιφερουσα δι εμπειριαν ἡλικια, vid. Cl. Valck. ad *Eurip. Phoen. p.* 194. ubi plura. Φρονησις eſt πρεσβυτου, ut Ariſtides loco hic a Wetſt. laudato. Nonnihil autem dubito, an εν φρονησει δικαιων hic idem ſit ac εις φρονησιν δικαιων, ut ſaepe εν pro εις, de quo alibi; num vero ſignificet *per ſapientiam* vel

pru-

prudentiam juſtorum. Prius cum multis ſequuntur noſtri Belgae, atque ita etiam intellexit Lactantius, qui hunc locum ob oculos habens de Petro ſcribit *de mort. Perſec. p. m.* 32. *convertit multos ad juſtitiam.* Poſterius aliis placet; quando cum iis diſtinctio poſt δικαιων eſt tollenda, & ſequentia cum his conjungenda. Atque id praetulerim. Sed, quemadmodum in ceteris, ita hic ſuo quisque abundet ſenſu. Adgredior jam ad ultima illa: ἑτοιμασαι Κυριῳ λαον κατεσκευασμενον: quae mihi nondum recte explicata videntur. Mireris ſane quomodo haec locutio viros doctos non adverterit. Vertunt paſſim, *reddere Domino inſtructum populum*, ne verbulum quidem ad probationem aut illuſtrationem dictionis addentes. Verum an Graeci non optimi, at boni tamen, ita loquuntur? Exempla deſidero. En quae hic forte admoveri poſſent. Diod. Sic. non procul ab initio de hiſtoria ſcribit. Τους μεν ιδιωτας αξιους ἡγεμονιας κατασκευαζει: & paulo poſt, τους μεν στρατιωτας —— ἑτοιμοτερους κατασκευαζει προς τους ὑπερ της πατριδος κινδυνους. De Dionyſio tyranno *L.* 13. *C.* 96. τους δε μισθοφορους ανακαλουμενος και φιλανθρωποις λογοις χρωμενος, ιδιους κατεσκευασε. Sic & alii. Verum an haec & ſimilia plura ejusmodi ſunt, ut probent, noſtram phraſin eſſe Graecam? Mihi ſic non videtur. Aliud hic κατασκευαζειν, aliud ἑτοιμαζειν. Vulg. dedit *parare Domino plebem perfectam.* Beza, *ut paret Domino populum inſtructum.* Ετοιμαζειν Κυριῳ λαον hoc ſenſu bonum: ἑτοιμαζειν Κ. Λ. κατεσκευασμενον non item. Senſit Ill. Grot. hinc ſcribens „ neque offende-

„ re

„ re nos debet quod bis idem dici videtur, quia „ ἑτοιμαζειν & κατασκευαζειν ſenſu vix differunt, „ cum ejusmodi πλεονασμοις abundet ſermo He„ braeus & Helleniſticus.„ Vellem hoc pluribus, atque exemplis in medio poſitis, docuiſſet Vir maximus. Ego certe non tam abjecte de ſermone Hebraeo & Helleniſtico ſentio; qui ſic a nemine ſenſu communi non plane deſtituto ferri poſſet. Verum quid plura? Uſus vocis ἑτοιμαζειν Helleniſticus rem omnem expediet. Ἑτοιμαζειν nempe apud Alexandrinos Interpretes ſaepius venit pro *fundare*. Non opus eſt loca addere. Concordantiae ſubpeditabunt; & ſi lubeat, docta de hoc v. uſu legere, conſule A. Bynaeum *de Calceis Hebr. p.* 69. ſeqq. Ἑτοιμαζειν κ. λ. κ. ita eſt: *fundare Domino populum bene inſtructum:* aut ſi malis, quod non multum differt, *firmare*, *conſtabilire Domino* &c. Exſtat in hunc uſum locus, qui huc egregie facit, 2 *Reg.* VII. 24. και ἡτοιμασας (ita David ad Deum) σεαυτῳ τον λαον σου Ισραηλ εις λαον εως ατωνος. In textu Hebr. habes: ותכנן לך את עמך. Poſſes quidem reddere: *& fundaſti* &c. Malim tamen: *& conſtabiliviſti:* quae & princeps verbi כון eſt ſignificatio: Origo nempe eſt in *ſedendo*, *reſidendo*, quae & continetur in cognato themate יכן, cujus ſcilicet proprietas eſt in *ſidendo ſedere*, & *firmum locum tenere*. Sed hoc obiter. Addamus nonnulla ad phraſin, λαον κατεσκευασμενον. Contulit Cl. J. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 89. Dionis ὁμιλον παρασκευασθεντα *multitudinem Caeſari paratam, & in ejus partes pertractam.* Praebet uſus verbi παρασκευαζειν plura, quae non male

male adplicueris. Xenophon habet *L.* 2. *Cyrop. C.* 4. ταις ψυχαις παρεσκευασμενους. Zaleucus legislator cives adhortabatur εχειν και παρασκευαζειν την ψυχην παντων των κακων καθαραν apud Stobaeum p. 279. Verum haec mitto. Nostrum κατασκευαζειν praeter alia notat *instruere*. Ita Diodorus Sic. πολις χρηματων πληθει κατασκευασθεισα *L. XI. C.* 62. Similiter οἶκος dicitur κατασκευαζεσθαι: & κατασκευη est *supellex*, qua domus instruitur: sic κατασκευη πολυτελης & quae sunt similia, apud Thucydidem aliosque. Unde intelligimus, quid *Genes.* I. 2. sit γη ακατασκευαστος. Apostolus *Hebr.* III. 3, 4. Πλειονος . . . . . καθ' ὁσον πλειονα τιμην εχει του οικου ὁ κατασκευασας αυτον. Πας γαρ οικος κατασκευαζεται ὑπο τινος· ὁ δε τα παντα κατασκευασας θεος. Habes ibi duplicem verbi usum egregie conjunctum, *construendi* nempe & *rebus omnibus necessariis instruendi*: quod plures Interpretes praeteriit. Non multum aliter quoque de personis. Philostratus de Damiano pag. 605. πλουτω ποικιλω και πολυπρεπει κατεσκευασμενος. Conf. & p. 494. Eleganter etiam, ut hoc addam, de vita vivendique ratione adhibetur. Isto sensu reperias non tantum βιος απαρασκευος sed & ακατασκευος. Ita de Liguribus Diod. Sic. *L.* 5. *C.* 39. ακολουθως δε τουτοις και ταλλα ποιουσι, διαφυλαττοντες τον αρχαιον και ακατασκευον βιον; ut recte, Codicibus scriptis edicentibus, Cl. Wesseling. Legitur &, nisi fallor, alibi apud Scholiast. Comici; sed quo loco jam non commemini: Verum exstat egregius locus apud Philostr. Juniorem *Icon.* II. 34. Ubi ita de Vati-

bus Jovis Dodonaei: οἱ δ' . . . . . οὐς ανιπτοποδας τε και χαμευνας εγνω Ομηρος, αυτοσχεδιοι τινες εισι, και ουπω κατεσκευασμενοι τον βιον: quod minus perſpectum habuit doctiſſ. Olearius. Κατεσκευασμενοι τον βιον ſunt, quos veteres Latini, docente Gellio *N. A.* XI. 2. vocabant *vita elegantes.* Intelliges ex hoc Columellae *de Re Ruſt.* VII. 2. *Tum etiam caſei, lactisque abundantia non ſolum agreſtes ſaturat, ſed etiam elegantium menſas jucundis & numeroſis dapibus onerat.* Eximiam ſordidioris vitae deſcriptionem habes apud Comic. *Nub.* ỳ. 43. ſeqq. Ceterum multum ab his diverſi Panchaeorum ſacrificuli. Vid. Diod. Sic. *L.* 5. *C.* 46. Λαος κατεσκευασμενος itaque eſt *populus omnibus neceſſariis inſtructus* ad Dominum debito cultu excipiendum, omnique officiorum genere deveneran-dum. Si jam, ut ante dictum, εν φρονησει δικαιων cum ἑτοιμασαι &c. jungas, Joannes απειθεις firmaret Domino populum omnibus bene inſtructum *per prudentiam juſtorum.* Prudentia juſtorum nos προς παν εργον αγαθον reddit εξηρτισμενους. Coeleſtis illa ſapientia eſt φρονησις βεβηκυια firmis radicibus nixa, & צדיק יסוד עולם *juſtus fundamentum aeternum Prov.* X. 25. Ex adverſo, καρδιαι ἀφρονων ουκ ασφαλεις. Ceterum habemus ita hic duplicem accuſativum απειθεις & λαον κ. uni verbo junctum. Ita ſaepe. Conf. modo *Act.* II. 36. Nonnulla alia dabit ὁ Παν *Obſ. Miſc. Vol.* 6. *pag.* 340. Sic tandem, *corda filiorum*, quod eſt apud Vatem, *converterentur ad patres:* ita vere reſipiſcerent: quod erat primum Scholae Joanneae praeceptum. Ad rem confer *Com.* 76. & ſeqq. Ib.

Ib. COM. 20.

Ἐσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι.

Mera videtur tautologia. Hinc nonnulli inter veteres, quos secutus Ill. Hugo Grotius, σιωπων explicuerunt *surdus*. Male omnino: σιώπαν nunquam significat *surdum esse*. Vid. L. Bos & Wolf. In his similibusque locis homines, qui minus bene de religione Christiana sentiunt, ansam avide quaerunt S. Scriptores omnibus deridendos propinandi. Verum ne sibilis ipsi explodantur, discant δοκιμάζειν isti maleque creati censores cautius mercari. Quid tandem quaeso de praestantissimis quibusque Scriptoribus fiet, si horum arbitrio res steterit? Plura ejusmodi ex Homero, Herodoto, aliisque jam protulerunt doctissimi viri, Camerarius ad *Job.* XXI. 27. Pricaeus, Bos, Abresch *Dilucid. Thucyd. pag.* 644, 645. aliique. Addam & ego nonnulla. Hom. *Il. N.* ϒ. 476.

Ὡς μενεν ἰδόμενευς δουρικλυτὸς οὐδ' ὑπέχωρει
Λινειαν ἐπιοντα βοὴν ἀγαθον.

Sic saepius. Ad Herodot. vid. notam Cl. Valcken. *L.* 9. *C.* 41. μηδὲ βιάζεσθαι. Eurip. *Alcest.* ϒ. 855.

Ὃς μ' εἰς δομους εδεξατ', οὐδ' απηλασε.

Callimach. *in Delum* ν. 223.

Αλλαι μεν πασαι μιν απεσυγον, ουδ' εδεχοντο.

Adde carmen Antipatri *in Erinnam*, ubi initio

Παυροεπης Ηριννα, και ου πολυμυθος αοιδαις.

Haec ſufficient. Verum addo in ejusmodi περισσολογιαις ſaepe magnam ineſſe emphaſin. Sic v. c. habemus *Deut.* XXXII. 6. עם נבל ולא מכם *populus emarcidus & non compactus* ad originem; dicamus, ut vulgo, *ſtultus & non ſapiens*, id eſt nihil minus quam ſapiens, tantus quantus fatuus. Ita in formula יבנה ולא יהרס *aedificabit & non deſtruet*, h. e. nihil minus quam deſtruet. Porro, etiamſi major talis ενεργεια non ſubſit, nunquam tamen illa ſunt tautologa: Vides hoc loco. Angelus Zachariae ait: εση σιωπων *ſilebis* (εση σιωπων pro σιωπησεις: ut paſſim Graeci & Lat. V. Elsn. ad Com. ſeq. & Not. ad Sanct. Min.) και μη δυναμενος λαλησαι *& non poteris loqui.* An haec duo jam unum plane idemque ſunt? Nequaquam. V. Beza & L. Bos. Prius ad loquendi *actum*, poſterius ad loquendi *facultatem* pertinet.

Digitized by Google

Ib. COM. 22.

Καὶ διέμεινε κωφός.

Plerique docti viri in ea verſantur opinione, Zachariae non linguae tantum ſed & aurium uſum fuiſſe ademptum. Maximum hujus ſententiae praeſidium in eo eſt, quod amici cum Zacharia Com. 62. locuti eſſe referantur, non ſermone aliquo, ſed ſolo nutu. Ita cum aliis Cl. H. Witſ. l. ſupra laud. §. 23. Praeierat Ill. H. Grotius. Videamus. Angelus Zachariae Com. praec. interminatus erat, ipſum fore mutum: ἐση ajebat, σιωπων και μη δυναμενος λαλησαι, αχρι ἡς ἡμερας γενηται ταυτα. Hic nihil de ſurditate. Vid. quae ibi notata: Com. 64. ubi memoratur ſancti Viri liberatio a malo intentato, itidem ne γευ quidem de aurium vitio: Ανεωχθη δε, inquit Lucas, το ϛομα αυτου, και ἡγλωσσα. An jam ullo modo probabile, ſi Zacharias non uno ſed duplici malo adfectus fuiſſet, de uno tantum & Angelum & Lucam utroque loco mentionem facturum fuiſſe? Non puto. Verum amici ipſi ενενευον, το τι αν θελοι καλεισθαι αυτον. Fateor: ſed an id jam tale eſt, ut inde colligere debeamus, id de quo alias ne cogitaſſemus quidem, Zachariam quoque fuiſſe ſurdum? Non videtur. Nonne ſaepius ita fit, ut, qui cum homine muto, qui omnia nutu ſignificat, commercium habent, idem quod ille faciant? Et quis quaeſo dixerit, Zachariam jam non longius ab-

fuisse, sic ut non nisi nutu de re, quam resciscere volebant, ipsum percontari possent. Confer *C.* V. 7. Adde, quae Bengelius & Heumannus ad Com. 62. notarunt: ubi & nos vide. Vox κωφος nihil hic determinat; dicit enim & *mutum*, & *surdum*. Κωφος descendens απο του κοπτειν proprie est *constrictus*, *tusus*, *obtusus*. Hesychius Κωφᾶ· πηροῖ· Κωφεῖ βλάπτει, κωλύει, πηροῖ. In Gloss. Lat. Gr. *obtusum* αμβλυ, γομφον, l. κωφον, quod Schol. Homeri reddit αμβλυ εις ἀλγηδονα, ut notat Cl. Valck. l. mox laudando. Ad varia autem hoc adplicari se patitur. Homerus dixit κωφον βελος, ut ib. videbis. Ad corpus humanum translatum de omnibus tantum non membris adhiberi potest: Veteres hinc addebant membrum, quod constrictum aut hebetatum esset. Ita dicebant κωφὸς τὰ ὦτα, τοὺς ὀφθαλμους, & similia: Unde apud Stobaeum & Hippocratem habes ὤτων & ὀφθαλμῶν κώφωσιν. Verum deinceps usu factum, ut κωφος simpliciter adhiberetur de *muto* vel & de *surdo*. Conf. *C.* XI. 14. In scena nemini non notum κωφον προσωπον. Homer. ita quoque κωφον κυμα dixit: *Il.* XIV. ỳ. 16. quod Lycophron ỳ. 1452. aliique secuti. Nonnus non dissimiliter κωφη γαλην, quod Theocr. *Idyll.* 22. λιπαρα γαλανα. Hinc ad quietem *immobilem* transitus factus: quorsum plura Hesychii spectant: ut Κωφαν. κωφην, ἀναίσθητον. Κωφεῦσαι, ἀναισθητῆσαι, ἡσυχάσαι. *cet.* Eleganter hoc sensu Euripid. *Orest. V.* 1289. Αρ εις το καλλος εκκεκωφωται ξιφη; ubi simul ad originem respicitur; *hebetari* enim & *retundi* passim dicuntur gladii. Hinc jam & de rebus

bus omni ſenſu carentibus. Vid. vir doct. *Obſ. Miſc. Vol. 5. p.* 60, 61. Ad mentem tranſlatum, ut in talibus fieri conſuevit, eſt homo *ſtipes*, ἀμουσος. Verum ſatis eſt. Haec & alia erudite docuit Cl. Valck. *Anim. ad Ammon. C.* 14. Vid. & ad Heſych. inprimis Cl. Alb. Ceterum quod ad ſilentium Zachariae ipſum adtinet, egregia hic dabit Cl. Witſ. l. c. Clem. Alex. *Admon. ad Gentes p.* 6. Ed. a. 1616. και τουτο ην, ὁ ηνιττετο ἡ Ζαχαριου σιωπη αναμενουσα τον προδρομον του χριστου καρπον, ινα της αληθειας το φως, ὁ λογος, των προφητικων αινιγματων την μυσικην απολυσηται σιωπην, ευαγγελιον γενομενος. *& id erat, quod tacite ſignificabat Zachariae ſilentium, exſpectans fructum Chriſti praecurſorem, ut lux veritatis, Verbum, propheticorum aenigmatum myſticum abſolvat ſilentium, factum Euangelium.*

Ib. COM. 27.

Ἐξ οἴκου Δαβὶδ.

Nonnulli Codd. & Patres addunt και πατριας, absque dubio ex *C.* II. 4. ubi juncta habes: per ἐξηγησιν, volunt plures, inter quos & G. Horreus in *Anim. Sacris Profanis p.* 133. Verum cum aliis diſtinguere praeſtat. Utriusque vocis differentiam ſibi non liquidam eſſe fatetur Cl. Schotanus in *Geneth. pag.* 241. Ill. Grotius ad l. c. haec notavit: „ πατριαν eſſe „ partem οἴκου, ut in tribu Judae οἶκος ſit poſte„ rorum Ram, πατριὰ eorum, qui ex Davi-

„ de: ut Romae *gens Cornelia*, *familia Scipio-*
„ *num*.„ Summum virum paſſim ſequuntur Interpretes. Neſcio, an equidem recte. Hebraei nimirum *familiam* & *domum* ita diſtinguunt, ut familia משפחה, vel & אלף *Micha* V. 1. aliisque locis, ſit familia latius diffuſa, & complectens non tantum multos homines, ſed & plures familias minores, quae ipſis dicuntur *domus patrum: Gentem* dicunt Romani. Non opus eſt hoc pluribus probare, quia res non eſt dubia. οικος itaque eſt pars πατριας. David & alibi, ut novimus, πατριαρχης audit. Confer doctiſſ. Dounaeus ad Chryſoſt. *homil. 7. in Ep. ad Eph.* Atque hinc, ut puto, vides, Ill. Virum diſcrimen non bene eſſe adſecutum: quemadmodum neque ab altera parte Cl. Kypke, contrariam inſiſtentem viam, ad *C.* II. 4. Verum, quorſum haec verba εξ οικου Δαβιδ referenda? An ad Mariam, an ad Joſephum, an ad utrumque? Ad Mariam, non ad Joſephum pertinere, inter alios cenſet Cl. T. H. Honertus in erudito Comm. Belg. de *Chriſti origine ex Davide* §. 4. Verum minus recte: Quod enim vir praeclarus de interpunctione habet, nihil eſt. Structura verborum ad Joſephum ducit. De eo cogitare jubet *Com.* 4. *C.* 2. ut bene cum aliis notat Cl. Wolf. Adcedit, Lucae non defuiſſe rationes, cur Joſephum ex domo fuiſſe Davidis, diſerte hic moneat. Vid. Heum. in h. l. Potes tamen cum Beza aliisque & ad Mariam referre: quod non vetat conſtructio grammatica; & per legitimam ſaltem conſequentiam fieri poteſt. Ceterum Joſephum vere fuiſſe filium Davidis, conſtat

ſtat ex ejus genealogia a Matthaeo tradita: de cujus conciliatione cum Luca ex profeſſo egerunt plures viri eruditi, interque eos praedictus Honertus. Conf. quoque ſi lubet Cl. B. de Moor praeceptor de me inſigniter meritus, mihique amiciſſimus, erudito *Comm. in Marck. Compend. P.* 3. *p.* 558—560. Forſitan non male hic rem inſtituit Jul. Africanus in *Epiſt. ad Ariſtidem de conſenſu Euangeliorum in ſtirpe Chriſti narranda*, cujus potiorem partem exhibet Euſebius H. E. *L.* 1, *C.* 7.

Ib. COM. 29.

Ἡ δὲ ἰδοῦσα.

In nonnullis Codd. habes ακουσασα. Verum haec eſt gloſſa. Non videbat ſcilicet librarius, quomodo ἰδουσα hic apte locum haberet, dum mox ſequitur: διεταραχθη επι τω λογω αυτου, quod nemo facile cum Heinſio de *viſu Angeli* acceperit. Poſſes nihilominus forte de *viſu* interpretari: ἰδουσα ſcil. αυτον, quod non additum, quia ſequitur, δ. ε. τ. λ. αυτου: coll. Com. 12. vel, ſi malis, ἰδουσα ad *mentem* referre, & explicare: *cum haec animadverteret;* quemadmodum ita ἰδειν, σκεψασθαι & ſimilia ſaepe veniunt; ut *videre* apud Lat. de quo VV. DD. ad *Cic. Ep. ad Famil.* VI. 4. Τυφλος τὸν νουν, την καρδιαν apud Sophoclem aliosque. Schol. Ariſtoph. ad *Plutum* ℣. 48. Και τυφλῳ —— η τον πηρον τῳ νῳ. Νους γαρ ὁρᾳ και νους ακουει. κ. λ.

Verum enimvero, *auditum* hic Lucae in animo fuisse, omnino censuerim. Docte Vulg. si legerit. ιδουσα, *quae cum audisset*. Nihil frequentius quam αισθησιν αντι αισθησεως poni, & vocabula *visum* denotantia usurpari de *auditu*. Aeschines *contra Ctesiph.* μη μονον τοις ωσιν αλλα και τοις ομμασι διαβλεψαντες. Plura & plena manu dabunt ὁ Παυν Wesseling. ad *Herod. p.* 155. Cl. d'Orville & Röver. ad *Musaeum* ℣. 5. Heum. ad *Com.* 2. Gatack. *de stilo Instr. N. p.* 146. & Cl. Abresch *Anim.* ad *Aesch. p.* 2. Confer & τους ὁ *Joh* XXXV. 13. *Jes.* XXX. 19. aliisque locis.

Ib. Com. 32.

Οὗτος ἔσται μέγας.

Confer Not. ad Com. 15. Deus solus, cum in se, tum in operibus suis, absolute magnus. Vid. *Psalm.* LXXXVI. 10. CXLV. 3. CXLVII. 5. Atque ita & hic intelligendum docent sequentia. Μεγας apud gentiles quorumcumque Deorum erat titulus; nonnullis tamen eximie tribuebatur, ut duodecim Diis, quorum nomina duobus versibus inclusit Ennius *Fragm. p.* 164. ubi vid. Columna. Quidquid item ad Deos spectabat, isto nomine adpellabant. Callim. *hymno in Jovem* ℣. 15.

Ενθα σ' επει μητηρ μεγαλων απεθηκατο κολπων.

ubi cel. Ernesti. Quodcumque & a Diis profi-

ciscc-

ciſcebatur, divinamque virtutem ſpirabat, ita vocabant. Sic μεγαλη πληγη, μεγαλη σωτηρια & alia plura. Ceterum non male Origenes ita hic commentatur *Fragm. Opp. T.* 3. *p.* 979. Και μεγας, ουχ' ὡς Ιωαννης δουλικως, αλλ' ὡς κυριος του παντος, και ὡς κυριος πανταχου, ὡστε ουχι δια ρηματων μονον, αλλ' εργῳ δεικνυται, ὁτι μεγας εστι. Confer pag. 939.

Ib. COM. 35.

Ἐπελεύσεται ἐπὶ σε κ. λ.

Ἐπελεύσεται ἐπὶ σε. Non tantum dicitur επερχεσθαι τινι, τινα, τι, ſed & addita praepoſitione, ut apud Herod. επελθειν επι το βουλευτηριον, επι τους Εφορους. vid. Cl. Weſſel. ad *L.* 7. *C.* 148. Aliquando & abſolute: Verum haec jam non agimus. Cl. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 57. notavit, hac phraſi indicari, quod Sp. S. mariti officium in Maria expleverit, collato uſu verbi επιφοιτᾶν. Praeierat jam dudum Beza noſter. Sed, quod pace virorum doctiſſimorum dictum ſit, phraſis hoc, directe ſaltem, non ſignificat. Dicitur Sp. S. in noſtris libris επερχεσθαι επι τινα, cum aliquem totum occupat. Conf. Noſt. *Act.* I. 8. hoc pro rei, de qua agitur, natura & indole intelligendum, atque ita & hoc loco. Ceterum, ad rem quod adtinet, intra juſtos terminos ſe continuit inſignis, quem modo laudabam, interpres. Vid. quae hic ſcripſit. Utinam vero plures non ulterius progreſſi fuiſſent?

ſent? nam το ὑπερ ταυτα νεφει κρυπτεται, την σην διαφευγων αμβλυωπιαν: quod alibi Gregor. Nazianz. de divina Domini generatione, *Orat.* 35. Conf. & Theophyl. ac Damaſcen. *de fide Orthodoxa T.* 1. *L.* 3. *C.* 2.

Sequitur: και δυναμις ὑψιστου ἐπισκιάσει σοι. Idem hic monendum. Nonnulli certe hic quaerunt de rebus, quarum ſcientia humano ingenio neutiquam eſt εφικτη; ſic ut jure merito eos dixeris μετερεωλεσχειν, και αεροβατειν. Sunt & qui ſua eruditione hic miſere abutuntur: at procul hinc, procul eſte profana. Si usquam, hic ſane pia decet modeſtia; praeſtatque ſacratiſſima hujusmodi myſteria alto venerari ſilentio, quam temere quidquam effutire. Nonnihil autem diſcriminis eſt inter το επισκιαζειν τινι & τινα: prius eſt *umbram cui facere:* Vid. *Act.* V. 15. poſterius *umbra quem tegere:* verum haec non ſemper ita religioſe obſervantur. Alexandrini *Pſ.* XC. 4. εν τοις μεταφρενοις επισκιασει σοι: alia ſtructura, *Pſ.* CXXXIX. 8. επισκιασας επι την κεφαλην μου. Notio *umbrae* varias metaphoricas locutiones ſubpeditavit Orientalibus, & plures quidem, quam Graecis & Latinis: ſed quae longius remota ſunt, hic ſeponenda. Simplex & multum tritus in τω *obumbrare* uſus *fovendi, recreandi, protegendi, tutandi:* vid. *Pſ.* XXXVI. 8. LVII. 2. XCI. 1. 2. *Jeſ.* XXXII. 2. Atque in eo equidem heic loci acquieſco.

Pergit Angelus: διο και γεννωμενον ἐκ σου ἁγιον κ. λ. Multi, inter quos & Cl. Pfaffius, voces εκ σου pro ſpuriis habent. Millius, Bengelius & Wetſtenius longius progreſſi iis in ſua editione

ne locum denegarunt; quod factum nollem: quid enim tandem non dicam de sacris sed & aliis quibusvis scriptoribus fiet, si ita in eos grassari liceat? Vulgata lectio firmiori sanequam tibicine nititur, qua.. ut ita loco dimoveri queat. Vide quae praeter Bezam & Grotium hic notavit Whitby p. 116. aliique Wolfio laudati: inprimis consulas velim doctiss. J. Jackson. ad *Novatiani librum de regula fidei C.* 24. *p.* 186, 187. ubi plura invenies, quae nostram lectionem egregie firmant: Addo Chrysost. *Opp. T.* 2. *pag.* 362. ed. noviss. & locum B. Vigilii in *Opp. Cassandri p.* 486. Verum quid notat το γεννωμενον εκ σου? de *generatione* perinde ac illud Matthaei το εν αυτη γεννηθεν intelligit Episcopus ceitrienſis, *expos. Symb. Apost. ad art. de filio dei*, non procul ab initio: Sed, nisi fallor, haec duo το γεννωμενον εκ σου, & το γενήθεν εν αυτη omnino differunt: Το γεννωμενον εκ σου potius idem est quod το τικτομενον εκ σου; quomodo verbum γενναεθαι saepe usurpari vidimus ad *Com.* 13. Ceterum veteres promiscue dicebant, Christum ex Maria esse *natum*, & *genitum*. Το ἁγιον autem nonnulli hic exponunt *Sanctuarium* coll. *Jes.* VIII. 14. Inconmode, ut nemo non videt. Quid enim *sanctuarum natum?* Nihil frequentius apud optimos quosque scriptores hoc maxime in negotio quam ille usus neutrius generis. Ita saepenumero Terent. in *Andria* & *Eunucho;* atque in hoc *A.* 4. *S.* 4. ϒ. 23. omnino legendum: *quid emerim.* Passim vero reperias, *quod natum est, quod natum erit.* V. Vir Cl. *Obs. Misc. Vol.* 5. *pag.* 6. *bene nata* dixit Ho-

Horat. *Carm.* 4, 4. 36. & Ovid. *Ep.* VI. 61. *quod celatur in alvo.* Verum & peculiaris heic ratio hujus abſtracti. Eo nempe indigitatur tota perſona θεανθρώπου, qui, vi arctiſſimae unionis perſonalis, non tantum qua Deus, ſed & qua homo, eſſentialiter & inmutabiliter ſanctus erat: quemadmodum notavit Cl. J. J. Schultens in egregia *diſſ. Theol. inaug. ad locum Ap. Phil.* II. 5-11. Ceterum Maria, ut dictum Com. 34. difficultatem hanc obmoverat: Πως εσαι τουτο, επει ανδρα ου γινωσκω; reſpondebat Angelus: Πνευμα ἅγιον *cet.* atque ita illam plane e medio tollebat. Vetus autem, ut verbo hoc addam, obtinuit traditio, Mariae virginitatem ab obſtetricibus poſt partum fuiſſe exploratam. V. Suidas in v. Ιησους *T.* 2. *p.* 107. ſed multo eſt probabilius, Mariam poſt partum ſemper manſiſſe virginem, quod multis in libro *adverſus Helvidium de perpetua virginitate beatae Mariae* probavit Hieronym. *Opp. T.* 4. *p.* 130. ſeqq. add. *Phot. Ep.* XXX. ubi & vid. Montacutius. Atque haec quidem fides fuit totius antiquitatis: Eccleſiae Graecae Maria hinc paſſim dicta αειπαρθενος, Latinae *ſemper virgo.*

Ib. Com. 36.

Εν γήρᾳ αὐτῆς.

Plures Codd. & Editiones, εν γηρει αυτης. LXX. paſſim εν γηρᾳ; ſed *Pſ.* XCI. 14. εν γήρει. *Syrach. C.* III. 11. & *C.* XXV. 5. εν γηρᾳ. *C.* VIII. 7. εν γήρει. Chryſoſt. hic quoque

que εν γηρει *Opp. T.* 2. *pag.* 362. Ed. noviſſ. Conf. Etym. m. v. Αμφῶτις & Οὖας.

Ib. COM. 38.

Ιδοὺ ἡ δούλη Κύριου.

Significant haec verba: conditionem oblatam laeta lubensque accipio. Eleganti brevitate ita enunciatum, omiſſo verbo ειμι. Lege, ſi placet, Cl. Gronov. ad *Arrian. Indica p.* 650. & *Obſ. Miſc. Vol.* 10. *p.* 349. Graeci non diſſimiliter dicebant: οὗτος σοὶ ἐγὼ vel οὗτος τοι ἐγὼ. Vid. ὁ Πανυ ad *Lucian. Deorum dial. p.* 263. ubi & Gronovium laudatum reperies.

Ib. COM. 41.

Ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισαβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς.

Ασπασμος hic non ſimpliciter eſt ſalutatio, ſed ſalutatio, quae fiebat *teneriore cum adfectu.* Favet vocis origo & uſus: Proprie eſt *complecti*, qua ſignificatione & apud Graecos, inprimis Philoſophos, reperias: Verum hinc paſſim venit de iis, qui advenientes vel & abeuntes ſuis ſalutem dicunt; at magis intimam & benevolam, quam vulgatum illud χαιρειν exprimit. Non opus eſt id pluribus docere. Adi magnos

Vi-

Viros, Ez. Spanhem. ad *Com. Plutum* ℣. 325. Schult. ad *Job. T.* 1. *p.* 35. Hemſt. ad *Plut. p.* 380, 381. Quibus adde Cl. J. H. Schacht *Bibl. Brem. nova, Cl.* 2. *faſc.* 3. *p.* 498. ſeqq. Ubi plura. Adpoſite autem Lucas hic verbum σκιρτᾶν adhibuit. Habent nempe Graeci plura verba, quibus ineſt *ſaliendi, ſubſiliendi* ſignificatio, ut πάλλειν, ἅλλεσθαι, πηδᾶν &c. Verum hoc noſtrum a Medicis ſpeciatim uſurpatur de *motu foetus in utero:* ut pluribus docuerunt viri docti. V. praeter Grot. Pricaeus, Wolf. aliique. Schol. Nicandri notat ad *Ther.* ℣. 694. σκιναῖς de *foetu ſaliente* proprie dici: quod, perinde ac noſtrum, eſt a σκιω idem quod σκαω, unde σκαρω, σκαιρω, item σκαζω. Ceterum hic non cogitandum de motu quodam phyſico, ſed extraordinario & ſupernaturali: Eliſabeth dicit *Com.* 44. εσκιρτησεν εν αγαλλιασει το βρεφος εν τῃ κοιλιᾳ μου. Ipſum σκιρτᾶν ſimpliciter quoque ſaepius de motu ſaliente, qui fit *prae laetitia.* Vid. VV. DD. ad *C.* VI. 23. Habemus hic inpletum, quod dixerat Angelus *Com.* 15. πνευματος ἁγιου πλησθησεται ετι εκ κοιλιας μητρος αυτου. Spiritu S. inplebitur *jam inde ab utero matris ſuae;* nam ita certiſſime verba vertenda, ut praeter Raphelium aliosque docuit Cl. Kypke. Neque tamen, rationis uſum in Joanne anticipatum fuiſſe, cum Origene cenſuerim. Vid. quae praeter Ill. H. Grot. ad *Com.* 64. notavit Cl. H. Witſ. *T.* 1. *Miſc. L.* 1. *C.* XXI. 17-19. Eſt fateor, hic aliquid, quod nos non ſatis percipimus; verum operationes Dei per Spiritum S. ſalutares in mentibus hominum tantum non

ſunt

Digitized by Google

sunt inperveſtigabiles: quanto magis in infantibus, iisque maxime, qui ab utero ſanctificati, atque ad magnum aliquod opus, quemadmodum Joannes noſter, a ſummo Numine ſunt deſtinati. Non eſt hujus loci de nobiliſſima hac materia pluribus diſſerere. Lege tu nitidiſſimi, quem modo laudabam, Theologi obſervationes *Miſc. T.* 2. *Exerc.* 15. §. 27. ubi & videbis, quomodo Eliſabetha mox quoque, ut hic ſequitur, *Spiritu Sancto fuerit inpleta.* Add. & *Exerc.* 19. §. 25. ſeq. & §. 36. ſeq.

Ib. COM. 42. 43.

Καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με.

Grammatici docent, ἀναφώνειν eſſe communis L. Gr. Atticos adhibere ἀνακραγειν. Vid. ad *Thom. M.* & inprimis ad *Moer. Attic.* Egregie autem hoc verbum hic adhibitum, quod & Graeci, ut Appianus, alique, de *oraculis* aeque uſurpant ac nomen φωνὴ, quod ita habes apud Diod. Sic. *L.* 20. *C.* 30. ubi μαντεως φωνὴ, & alibi. Praeceſſerat hic επλησθη πνευματος ἁγιου ἡ Ελισαβετ. quae phraſis in S. L. frequens de iis, qui res percipiunt, quae ab omnium mor-

talium oculis remotae, quaeque fidem ſuperant: itemque qui futura praedicunt. Utrumque hic obtinet. Quod ſequitur, verbum ειπειν non minus ac τὸ λεγειν & venit de vatibus futura praemonentibus: quod notum. Habemus itaque in Eliſabetha hic vatem Spiritu Dei plenam, eaque magno animi adfectu elataque voce proferentem, quae absque Deo monitore ſcire nunquam potuiſſet. Non ſatis hoc adtenderunt hic viri docti. Lege ſodes Eliſabethae verba, prout diſtinguuntur in noſtris Edd. Ευλογημενη . . . . . σου. Και ποθεν κ. λ. ac verte, ut vulgo fit, *benedicta tu es* &c. *Atque unde* &c. & languida erunt omnia. Sed apage iſtam diſtinctionem poſt ὁ καρπος της κοιλιας σου, & και πόθεν *cet.* arctius cum praecedd. junge: atque ευλογημενη συ κ. λ. intellige caſu voc. hoc modo. *O! tu benedicta inter mulieres, & O! benedicte fructus ventris tui, & undenam hoc mihi &c.* Jam omnia adfectus plena, & Eliſabetha digna. Nota ſis ſequentia. α. ευλογημενη συ εν γυναιξι hic, ut *Com.* 28. β. nominandi caſus pro vocat. poſitus. Sic & *C.* XVIII. 13. ubi Cl. L. Bos. Latini item utrumque caſum promiſcue ponunt. V. Cl. Burm. ad *Phaedr.* 4. 6. 2. γ. και in και ποθεν κ. λ. eleganti illo uſu venit, quo praemittitur interrogationi, maxime quae fit cum admiratione, vel indignatione, aut cum adfectu alio quodam vehementiore. Vid. praeter Cl. Bos ad *Marc.* X. 26. & *Act.* XXIII. 3. elegantem libellum Dounaei *Praelect. in Demoſth. p.* 191. Adde quod de uſu του και ποθεν notat Cl. Alb. in *Obſ.* ad h. l. ac confer il-

illud Filii *Matth.* III. 14. *d.* in illa Mariae descriptione ἡ μητηρ του Κυριου continentur duo illa, quae dixerat & quod esset benedicta, & benedictus fructus ventris ejus. Ad rem quod spectat, egregia, paucis exceptis, reperies apud Origenem *Opp. T.* 3. *p.* 979, 980.

Ib. COM. 45.

Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τε-
λείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυ-
ρίου.

Et hic adfectus regnat. Hinc oratio deflexa a secunda in tertiam personam. Plura talia in sacris, ut *Gen.* XLIX. 4. alia dabit Heumannus. Distinctio hic quoque ut in praecedd. mutanda, & ὅτι conjungendum cum ἡ πιστευσασα, ut uno tenore verba decurrant: *Et beata, quae credidit, consummatum iri ea, quae dicta ipsi sunt a Domino.* Sic ὅτι saepius post πιστεύειν. Res nota. Unum tantum Nostri locum adferam, quia geminus est & simillimus, *Act.* XXVII. 25. πιστευω γαρ τῳ θεῳ, ὅτι οὕτως ἐσται καθ' ὃν τροπον λελαληται μοι. Ad το τοις λελαλημενοις παρα Κυριου conf. Cl. J. F. Reitz. ad *Lucian.* Συθ. *T.* 1. *p.* 862. Τελειουσθαι idem nonnunquam ac πληρουσθαι, quod adhibent S. Scriptores, cum ea, quae praedicta sunt, *inplentur.* Atque ita & τελειωσις hic capiendum: ἐσαι τελειωσις τοις λελαλημενοις notat, *inplebuntur* dicta.

Non male forte conferas illud Diod. Sic. *L.* 2. *C.* 29. de Chaldaeis, quod vel expiationibus vel sacrificiis vel incantationibus quibusdam αποτροπας κακων και τελειωσεις αγαθων πειρωνται πορίζειν.

Ib. Com. 46—49.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου κ. λ.

In Graeco Psalmorum libro, cui varii Hymni & Sacra Cantica subjiciuntur, hoc Mariae in *Cod. Turic.* dicitur ευχη Μαριας: in *Alexandr.* autem hanc praefert inscriptionem: προσευχη Μαριας της Θεοτοκου. Vid. Cl. J. J. Breitingeri Epist. *de antiquissimo Turicensis Bibl. Gr. Psalmorum libro ad Cardin. Quirinum p.* 60. Ευχη scilicet & προσευχη saepius permutatae: prius passim pro *oratione*, item pro *voto* venit, posterius praeterea quoque pro *laude Dei.* Origenes in *lib. de orat. Opp. T.* 1. *p.* 220. notat, προσευχὴν esse την μετα δοξολογιας περι μειζονων μεγαλοφυεστερον αναπεμπομενην ευχην ὑπο του, *preces quas quis de majoribus rebus elatiore animo Deum glorificando emittit:* quod deinceps probat ex 1 *Sam.* I. 10. *Hab.* III. 1. & *Jona* II. 2. Chrysost. *Homilia* 134. *T.* 5. ed. Sav. προσευχη λεγεται, ὁταν ὑμνῇ τις τον Θεον. Canticum Zachariae item in *Alex.* inscribitur: προσευχη Ζαχαριου. in *Turic.* vero ωδη Ζαχαριου. Canticum Simeonis, ut hic, in *Turic.* ευχη Συμεωνος, & in *Alex.* προσευχη Συμεων. Ceterum, ut hoc ad-

addam, Cod. Turic. *Com.* 50. habet etiam εις γενεαν, και γενεαν.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τον Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμα μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι μου. Non multum abit illud Longi *Paſtor. p.* 12. εκπηδᾷ μου το πνευμα, εξαλλεται ἡ καρδια. Elegans hic eſt κλιμαξ: ψυχη dicitur anima ratione ſubſtantiae: Πνευμα vero eſt nobilior illa mentis pars, quae a Deo adſicitur: Ita ſaepe in S. L. praeſertim apud Apoſtolum, quod ab Interpretibus non ſatis ſemper obſervatum. Intelligimus hinc, quid ipſi ſit homo πνευματικος, quid ψυχικος. Praecedit ψυχη, ſequitur πνευμα: deinde & primo μεγαλυνει, tum ηγαλλιασε. Frequens poſterius hoc verbum apud S. Scriptores. Αγαλλειν eſt *efficere, ut aliquid ſplendide niteat, aliquid ſic exornare, ut oculos grata ſui ſpecie exhilaret;* quam notionem egregie explicuit ſummus Hemſterhuſ. ad Thom. M. in v. Hinc αγαλλιᾶν aut αγαλλιᾶσθαι *vultu ſereno ac renidente laetitiam profiteri.* Ηγαλλιασε eſt, vel *exultare ſolet*, de quo aoriſti uſu v. Cl. Graev. *Lect. Heſiod. p.* 27, 134. & Nanſius ad *Nonni paraphr. in Joh. pag.* 130, 131., vel *exultat:* Exempla dabit idem Nanſius. Subjungitur ratio. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Ἰδοὺ γαρ, ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαι. Prius ſignificat: *quod reſpexerit ſervam ſuam humilem.* Phraſis trita. Sic ἐπι Ηρακλεως, Ευρυσθεως εχθρα, δυναμις, apud Iſocr. aliosque plures. Apoſtolus *Rom.* VIII. 26. de Spiritu S. συναντιλαμβανεται ταις ασθενειαις ἡμων *opitulatur infirmitatibus noſtris* id eſt *nobis infirmis:*

mis: perinde & Iſocr. in *Paneg.* quo de alibi. Eodem modo capiendum illud Marci *C.* IX. 24. Πιστευω Κυριε. Βοήθει μου τη απιστια. *Succurre mihi incredulo.* Ad Graecorum exemplum Latini, *mens provida Reguli*, *virtus Catonis* & ſimilia, de quibus vid. Cl. Burm. ad *Phaedr.* II. 5, 23. Vox δουλη vero non adeo capienda generaliori illo ſenſu, quo omnes de ſexu ſequiore ita dicuntur, quae Deum timent piaque mente colunt; verum peculiari illa notione, qua talem indigitat, per quam Deo ſua conſilia ſingulari modo exequi placeat: Novimus, quomodo ita Moyſes, David aliique prae ceteris audiant *ſervi Dei.* Ad poſterius illud nonnulla των εξω loca notavit Cl. Wetſten. ubi μακαριζειν habes, quibus multa addi poſſent: ut Thucydid. II. 51. Herod. I. 31. Anacr. *Ode* 43. Ariſtoph. *Veſp.* ỳ. 586. item ỳ. 427. Xenoph. H. G. IV. . . . ωστε μακαριζεσθαι αυτων την μητερα κ. λ. Diod. Sic. *L* XIII. 58. Max. Tyr. I. 3. & alia, ſed haec ſufficiunt. Hippodamus junxit επαινον και μακαρισμον in *Opuſc. Gal. p.* 661. Alia paulo ſignificatione venit in illo Xenophontis de Hippolyto: σωφροσυνη δε και ὁσιοτητι μακαρισθεις ετελευτησε: quod recte obſervavit Ill. Ez. Spanhemius ad Callim. *in Lav. Pall.* ỳ. 101. Invidenda Mariae noſtrae felicitas; atque hoc quoque in mente habuiſſe videtur beata virgo, cum diceret: μακαριουσι με πασαι αι γενεαι: *beatam me ad invidiam usque* veluti *praedicabunt omnes aetates.* Neſcio an huc faciat, quod ζηλουν & μακαριζειν ſaepius conjungant Graeci. V. Cl. Pierſ. ad *Moer.* v. ζηλω.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 51—53.

Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ κ. λ.

Quae Servatoris adventum ſerius ocyus ſequerentur, & in fine demum ſeculorum, ut nos jam novimus, in omni ἐμφάσει locum habitura forent, Maria tanquam praeſentia laeta & velut exultabunda celebrat. Spiritu nempe Dei erat plena: Non dicitur id quidem de illa, quemadmodum de Eliſabetha; nemo ea de re tamen ullo jure dubitaverit. Et ſunt nihilominus, qui dubitant. Sed quid ita fiet de multis aliis Hymnis ſacris? Quid e. g. de cantico Channae matris Samuelis, in quo certe talia exſtant, quae pia mulier tunc temporis absque divina inſpiratione ſcire omnino non potuit? Et tamen ibi ne γεν quidem de coeleſti adflatu, quo acta fuerit. Hoc canticum prae reliquis hic adduco, quod noſtro perquam ſit ſimile: Videbimus deinceps, quod & nonnulla inde deſumta heic occurrant. Priſci nimirum Vates feliciora Meſſiae tempora praedicentes uno ore ſtiloque cothurnato de Regno ipſius cecinerunt omnes. Hinc animi piorum Iſraëlitarum in laetiſſimam ſpem erecti: novum inſtare aevum communis jam ferebat opinio: Probi homines cuncti exſpectabant Conſolationem Iſraëlis: Mariae noſtrae adnunciaverat Angelus, ipſam gratioſo ſummi Numinis conſilio electam eſſe, quae pareret Filium Davidis Patribus promiſſum, arden-

tissimisque votis ab aevo expetitum; eumque thronum patris sui occupaturum, regemque in sempiterna secula sessurum: Futura hic jam cogitatione sua per Sp. S. praecipiens canit, coelum nunc regnare, hostes populi Dei prostratos jacere, miram ubique rerum catastrophen conspici, Deum suum sibi peculium vindicare, suisque praesenti auxilio adesse, atque omni bonorum genere cumulare. Verum verba ipsa paucis quoque lustremus.

Ita orditur: Ἐπεσίνσε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Recte Ill. Grot. contulit illud *Ps.* CXVIII. 15, 16. δεξια Κυριου εποιησε δυναμιν. Sed nostrum multo gravius: Ibi δεξια, hic βραχιων: Ibi δυναμις, hic κρατος. Κρατος passim de *virtute bellica*. Sic, απο κρατους, vel κατα κρατος ἡττᾶσθαι, αἱρεῖν κατα κρατος & similia apud Diod. Sic. aliosque. Hic significat *victoriam*, ut bene Syrus: *reportavit victoriam*. Conf. Cl. de Dieu ad h. l. Εν βραχιονι: potuisset & sine praepositione βραχιονι; verum ita scripsit ad imitationem Hebraeorum. Vid. *Ps.* LXXXIX. 11. ubi, & ἐν βραχιονι: alia mitto: Sic tamen & optimi quivis utriusque linguae Scriptores: ut praeter alios docuerunt Cll. Viri, Hemsterh. ad *Luc. Dial. mort. p.* 21, 22. & Oudend. ad *Frontin.* I, 5, 15.

Pergit διεσκορπισιν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδιας αὐτῶν. Καθειλε *cet.* Σκορπιζειν & διασκορπιζειν sunt Jonica. Attici pro iis usurpant σκεδαω, σκεδαννυμι, διασκεδαω, διὰσκεδαννυμι. Vid. quae noto ad *C.* XI. 23. Suidas διεσκεδασμενον. διατετυπωμενον. καὶ διεσκεδασε, διεσκορπισεν: pro διεσκεδασμενον recte

recte monuit Cl. Kusterus legendum διεσκευασμενον: Vid. & Cl. Albert. ad Hesych. v. διεσκεδασμενως: Duo haec saepe confusa, ut videbis apud Cl. Pierson. ad *Moer. p.* 218. Σκιδνημι apud Homerum saepius; item κιδνημι, quod & habet Eurip. *Hecuba* ϒ. 916. Oppian. *Cyneg.* 4. 283. aliique. Hinc διασκιδνημι apud Xenophontem, aliosque, item Josephum: confer. Pollux *L.* 6. *Segm.* 194. & *Suid. in* v. διασκεδαννυουσι. Nostrum διασκορπιζειν reperias apud Aelian. V. H. 13. 46. τους μεν διεσκορπισεν, οὐς δε απεκτεινεν. Verba simplicia significant *spargere*, σπειρειν: conposita itaque *dispergere*. Hinc sol dicitur σκεδαζειν ακτινας: quo de vid. Cl. Wesseling. ad *Herod.* VIII. 23. Διασκεδαν & διασπειρειν hinc & non raro permutantur. Ceterum διασκεδαζειν ponere solent LXX. cum de dissipandis consiliis agitur, ut recte notavit Ill. Grotius. Dio Cassius dixit: τα ψηφισθεντα διασκεδαζειν *L.* 44. *p.* 273. Διανοια est *consilium*. Non dicit autem Maria διεσκορπισε διανοιαν καρδιας ὑπερηφανων; sed διεσκορπισεν ὑπερηφανους διανοια καρδιας, quod multo elegantius itemque gravius: Hostes, qui sese supra omnes intolerando fastu efferebant, ceterosque tanquam homines nullius pretii prae se despectabant (hi enim sunt ὑπερηφανοι) Deus sua virtute quaquaversum dissipaverat. Magnum certe quid! Majus tamen, quod illos dissipaverat διανοια καρδιας αυτων: quod Interpretes passim non intellexerunt: Non datur scilicet major gloria, quam si quis ipsa hostium consilia irrita reddat, efficiatque ut illa ipsa in eorum exitium vergant.

Sequitur: καθεῖλε δυνάςας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Δυναςαι in libera civitate iidem, qui alias προςάται vel προεςῶτες; apud Romanos *principes civitatum*, penes quos praecipua in Rep. erat dignitas, atque auctoritas. V. Cl. Duker. ad *Flor.* 4. 2. 92. Verum, quia homines, qui multum valent, ſua ſaepe abutuntur poteſtate; hinc & ita dicti, qui oppreſſa libertate populo vim inferunt, τυραννοι. Utraque notio hic jungenda. De verbo καθαιρειν plura dabit P. Horreus *Obſerv. Crit. pag.* 408. ſeqq. ubi tamen omnia non aeque bona. LXX. ſaepius ut hic. Adpoſita ex profanis notarunt Cl. Periz. ad *Ael. V. H.* II. 25. ac Raphelius & Elsnerus ad h. l. quibus maximam partem, ut ſaepe, ſua debet Wetſtenius. Addamus & nos nonnulla. Dio Caſſius ita *L.* 44. *p.* 273. A. καθαιρεται του Καισαρος, ex ancipiti, *qui Caeſarem vita ſimulque imperio privaverant. Id. L.* 50. *p.* 495. E. ἀναξιον μεν των πατερων των τον Πυῤῥον, τον Φιλιππον, τον Περσεα, τον Αντιοχον καθελοντων. Philoſtr. p. 219. καθηρηκεναι τυραννον, quod paulo poſt καταλυσαι. Thucyd. *L.* 1. *C.* 18. τυραννοι Ἑλλαδος κατελυθησαν. Saepenumero ſcilicet haec verba conmutantur. Herodian. III. 1. Θαυμαζειν ἐςι και τεχνην των την αρχην κατασκευασαντων και την αρχην των ὑςερον καθηρηκοτων. Athenaeus *L.* 13. *p.* 602. A. τυραννιδας καθειλε: ſimiliter quoque αρχην & τυραννιδα καταλυσαι. V. Cl. Valcken. ad *Herod. L.* 6. *C.* 9. Non aliter Aelian. *V. H. L.* 14. *C.* 22. την μοναρχιαν καταλυσαι δικῃων. Philoſtr. de Antiphonte: κατελυσε την δημοκρατιαν, εδουλωσε

λωσε τον Αθηναιων δημον. Subjicitur: και ὑψωσε ταπεινους. Ταπεινουν & ὑψουν oppoſita. Polyb. *L.* 5. *C.* 26. βραχεις γαρ δη πανυ καιροι παντας μεν ανθρωπους ὡς επιπαν ὑψουσι και παλιν ταπεινουσι· μαλιστα δε τους εν βασιλειοις. Adde illud Aeſopi apud Wolf. Ταπεινοι hic ſunt homines α. privati, nullis honoribus ornati, ιδιωται. Sic & apud Graecos aliquando venit. ταπεινοτης, quod rarius, apud Thucyd. *L.* 7. *C.* 75. pro *ſtatu humili.* β. mites, modeſti, ſubmiſſe ſe gerentes: conf. Grotius. Δυναται ergo & *arrogantes*, tales paſſim ſunt iſti homines. Egregia vero ſententia! Sic certe Deus agit. Neque hoc gentiles fugit. Eximia in hanc rem habet Sophocles in Ajace. Νεμεσις και Δικη Ariſtidi dicuntur ουκ εωσαι μειζω της φυσεως φρονειν *ſupra hominis ſortem ſe efferre*, αλλα ραδιως μικρους εκ μεγαλων ποιουσαι. V.Cl.Valck. ad Herod. *L.* 3. *C.* 40. ubi plura. Seneca *Herc. Oet.* ℣. 412. *Qui regna miſeris donat & celſis rapit.* quem locum video & Cl. de Rhoer notatum *Fer. Dav. pag.* 108. Alia dabunt Grotius, Pricaeus, Elsnerus aliique Wolfio laudati. Conf. Cant. Channae 1 *Sam.* II. 7, 8. Atque haec jam tanta tamque laeta rerum converſio luculentam Dei de hoſtibus victoriam exciperet.

Eximium eſt, quod ſubjicitur: Πεινωντας ενεπλησεν αγαθων, και πλουτουντας εξαπεστειλε κενους. Πεινωντες *eſurientes* non tantum, ſed & *pauperes*, homines ad extremam inopiam redacti, ut recte Beza; opponuntur enim πλουτουντες. Αγαθα in genere quidem res ad vitam victumque neceſſariae, ut docuit Raphelius; ſed ſpeciatim *eſculenta*,

ta, *potulenta*, quin & *cibi delicatiores*, quibus fruuntur homines, quibusque ſatiantur, & oblectantur: ut egregie hic obſervavit Cl. L. Bos. Loco Ariſtophanis ab ipſo excitato, qui eſt *Concionatr.* ỳ. 833, 834. adde ib. ỳ. 1142.

Οινος δε χιος εϛι παραλελειμμενος
Και ταλλα αγαθα.

Item *Acharn.* ỳ. 873. Herodot. loco a Raphelia praetermiſſo *L.* 6. *C.* 139. τραπεζαν επιπλεην αγαθων παντων παραθεντες. Apud τους ὁ ita ſaepius. Vid. *Pſ.* LXIV. 5. *Jeſ.* LV. 3. alibi. Latini *res bonas* vocant: ut docuit Cl. Burm. ad *Phaedr.* IV. 23, 9. Conf. & ad *L.* 3. *Fab.* I. 5. Generalior vocis uſus convenit *pauperibus*; ſpecialior egregie *fame preſſis*, qui jam non tantum ſuo veſcerentur pane, ſed & cibis delicatiſſimis fruerentur, beneque ſibi facerent. Huc ſpectat & illud ενεπλησε, quod ſaepe ita apud Scriptores poſitum. Non lubet hic multa deſcribere. Vid. modo Comic. *Veſp.* ỳ. 1295. ubi ενεπλητο πολλων καγαθων. Dio Caſſ. *L.* 59. *p.* 751. Longus *Paſtor. p.* 126. In *Philox. Gloſſ.* habes: απληρωτος *incomplebilis*, *inſatiabilis*. Homerus *Il. ρ.* dixit οινοιο κορεσσαμενος και εδωδης. Plura ſi deſideres, adi Cl. Trillerum *Obſ. Crit. p.* 168, 169. & *p.* 514. Ad totum dictum conf. *Pſ.* CVII. 9. εχορτασε ψυχην κενην και πεινωσαν ενεπλησεν αγαθων. Ampliſſimus ita, ut vides, hic patet campus, in quem piis meditationibus excurras: Ad poſterius membrum, nota illud εζαποϛελλειν. De v. κενος alibi. Εξαποϛελλειν non eſt

eſt ſimpliciter *ablegare*, *a ſe dimittere*, ſed id facere *cum contemtu & ignominia*, ut in illis: ἐξαποστέλλειν δοῦλον, γυναῖκα, ἐκ πόλεως &c. Quid vero aptius hoc loco? πλουτοῦντες plerumque ſunt faſtoſi; πλοῦτος enim, ut habes in *Excerpt. Valeſ. ex Damaſc. p.* 425. ἐκτρέπει τοὺς πλείους εἰς φιληδονίαν τε καὶ ὑπερηφανίαν: atque hinc & πλοῦτος pro *faſtu*, ut docuit Cl. Gron. ad *Arrian. Exp. Al. L.* 4. *p.* 160. Conferamus, ut finem hic tandem faciamus, Cant. Channae, 1 *Sam.* II. 5. שבעים בלחם נשכרו. ורעבים חדלו. Ibi שבעים *ſaturati*, qui hic πλουτοῦντες. *Satietas* paſſim conjuncta cum inſolente ſuperbia & protervia; atque ita ſaepe vox Hebr. venit. Vid. *Deut.* XXXI. 20. *Prov.* XXVII. 7. *Hoſ.* XIII. 6. Adpoſitum hic illud Solonis apud *Diogen. Laert.* II. 59. τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. Qui hoc loco πεινῶντες, illic רעבים, proprie κοιλογάστορες: Vid. magnus Commentator ad *Job* V. 5. Priores illi בלחם נשכרו *ob panem operam ſuam collocant*, indicio, quod ſumma egeſtate & inopia premantur & laborent: Κοιλογάστορες contra חדלו: datur vulgo *deſinunt:* hoc languet. חדל proprie eſt *flacceſcere*, hinc uſurpatum pro *negligentem*, *remiſſum eſſe*. Ita חדלו hic, ut ſuſpicor, eſt, *remiſſi ſunt*, *remiſſa ſunt manu*. Hoc conſequens ſatietatis; adeoque tantundem eſt ac *exſatiati ſunt:* aut ſi malis, famelici, qui antea nihil intentatum linquebant, quo panem ſibi compararent, jam nihil agunt, & ad omnia flaccescunt. Meliora interim lubens de hac phraſi edoceri velim.

Ib.

Ib. Com. 62.

Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτὸν.

Ενενευον δε τ. π. α. *innuendo*, vel *nutu significanlo*, *quaerebant ex ejus patre.* Musaeus de *Her. & Leandr.* ỳ. 106.

Νευμασι λαθριδιοισιν ὑπαγγελεσσα Λεανδρῳ.

Nonnus *Dionys. L.* 1. ỳ. 423.

Νευμασιν αφθογγοις πελωρ εκαλεσσε Τυφωευς.

Vid. not. ad Com. 22. In τὸ τί eleganter το ante τι redundat. Frequens hoc Aristophani in interrogationibus, unde plura hic produci possent. Reperias & apud alios. Conf. Elsn. & Wetsten. Το τι αν θελοι καλεισθαι αυτον. Longus *Pastor. p.* 6. Ἡ μεν δη Ναπη (τουτο γαρ εκαλειτο) μητηρ ευθυς ην: passim, praesertim apud Atticistas, legas illud, τουτο γαρ εκαλειτο. Euripid. *Phoen.* ỳ. 12. Καλουσι δ' Ιοκασην με. τουτο γαρ πατηρ εθετο, scilicet τοὔνομα: Ubi Cl. Valcken. Observa ibi & πατηρ εθετο: Patris scilicet in nominibus liberorum designandis & constituendis praecipua olim fuit auctoritas. Vid. praeter Elsn. ad h. l. Cl. Wesseling. ad *S. Petiti Leges Att. pag.* 220.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 63.

Αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων.

Πινακιδιον Beza *tabellam* vertit: Vulgatus perite *pugillarem*. *Pugillares* nempe dicebantur minores, in quibus veteres ſcribebant, tabulae. Atque talem hanc fuiſſe, ex ipſa forma vocis conſtat. Ceterum ex varia materia hae tabulae conficiebantur, ex *ebore*, *auro*, *aere*, aliisque metallis; item ex *ligno*, *buxeo* maxime, unde πύξια & πυξίδια dicta, quod dein, quemadmodum in talibus fieri ſolet, generalius uſurpatum, non minus ac πυξις: Adhibebant tamen & in hunc uſum lignum *pini* πινου, unde πιναξ *major tabula ex pino arbore deciſa;* ſed dein quoque *quaevis tabula:* Vid. ad *Polluc. L.* 10. *Segm.* 83, 84. ubi plura: Atque hinc jam πινακιον & πινακιδιον, quod Suidas praeter alia exponit δελτος. Dicebantur & γραμμάτια ac γραμματίδια, & ſic porro. Conſtabant paſſim pluribus tabulis, erantque *biplices*, *triplices*, *cet.*, *multiplices* item, Graecis hinc dictae διπτυχα, τριπτυχα, πολυπτυχα: Πτυχες ſcilicet ipſis ſunt *pugillarium tabulae*, quae & πτυχαι. Euripides apud *Stobaeum in Flor. Grot. p.* 121. . . . . Καὔπειτ' εν Διος δελτου πτυχαις γραφειν τιν' αυτα. (αδικηματα ſcilicet) Διπτυχα frequenter reperias, quae Atticis δίθυρα; hi enim πτύχας dicebant θύρας: Quae digito jam tetigiſſe ſuffecerit. Plura eaque egregia praeter Salmaſ. *Plin. Exerc. p.* 629. *de*

mo-

modo uſur. p. 404. & Graev. *Lect. Heſiod. p.* 95. ſeqq. dabit Hemſterh. *Miſc. Obſ. Vol.* 5. *p.* 17. ſeqq. Adde & J. H. Leichii *diatribe de diptychis veterum p.* 2. Ἔγραψε λεγων. Cui non mirum accidat, viris doctis in mentem venire potuiſſe, Lucam his verbis innuere, cum ſcriptione nominis filii Zachariae redditam eſſe loquendi facultatem; cum S. Scriptor id demum Com. ſeq. narret, & quidem tanquam rem ab ea, quam hic adnotat, omnino diverſam? Et tamen ita Heumannus, ac Wolf., in eam ſaltem partem maxime inclinans. Si id Lucas voluiſſet, ſcripſiſſet quoque, ἔγραψε καὶ ἔλεγε. Verum quid plura? ἐγραψε λεγων certiſſime ſignificat, *ſcripſit in haec verba.* Nihil inſoliti in hac phraſi: Λεγειν ſaepius de rebus inanimatis: ſic v. c. καπνὸς dicitur λέγειν πῦρ: Scriptio eſt quoddam ſermonis genus, & per literas homines inter ſe colloquuntur: Quis neſcit, hujus generis multa apud Ciceronem, Ovidium, aliosque paſſim occurrere? Parco loca adſcribere. Adpono tantum illud Ovidii *de Ponto* 2, 4, 409, 410.

Exulis haec vox eſt: praebet mihi littera vocem
Et ſi non liceat ſcribere, mutus ero.

neque opus *Triſt.* 4, 572. pro *dicere* reponere *ſcribere.* Conf. Cl. Burm. ad *Phaedr.* V. 5. 39. Quem fugit quoque, & ipſas literas dici λεγειν, ac *loqui*, unde paſſim γραμματα λεγοντα reperias? Vid. Kuhnius ad *Pauſ. L.* 2. *C.* 27. Propert. III. 23. de tabellis:

Et

Digitized by Google

Et quaedam ſine me verba diſerta loqui.

Multa talia apud Plautum *Pſeud.* I. 1. 27. *Bacch.* IV. 9. 61. σήλαι διὰ γραμμάτων λέγουσαι habes apud Herodot. II. 102. Haec, credo, ſufficient; ſi autem adhuc plura velis, adde, quae Cl. Kypke ex Joſepho & Euripide notavit.

Ib. COM. 64.

Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει.

Non male huc adplicueris illud Oppiani *Cyneg.* IV. 226. de equo, ... ῥηξεν ποτε δεσμα σιωπης. Ceterum, στομα bene dicitur ανοιγεσθαι, non item, ut videtur, γλωσσα. Hinc Pricaeus volebat, poſt ἡ γλωσσα ſupplendum, ut eſt in Edit. Complutenſi, διηρθρώθη, vel ſaltem ſubaudiendum ἐλύθη, ut ἡ γλωσσα hic ſit, qui *Marc.* VII. 35. ὁ δεσμος της γλωσσης: Verum illud διηρθρωθη ſcholion eſt, additum, ut bene jam monuit Ill. Grotius, ab iis, qui non intelligebant, quomodo τὸ ανοιγεσθαι ad linguam referatur. Obſervavit autem ipſe Vir ſummus, Hebraeos פתח *aperire* pro *ſolvere* quoque adhibere: Atque id multi ſequuntur. Datur tamen alia conmodior ratio, & duplex quidem, qua haec difficultas ſolvi queat. Prima eſt, in utraque lingua unum verbum duabus ſaepe vocibus

addi, quarum unam proprie tantum ſpectat, quando alterum in Scriptoris mente haeret. Ut chartae parcam, adi praeter Raphel. ad h. l. & Sanct. *Min.* IV. 8. Virum doctiſſ. *Obſ. Miſc. Vol.* IX. *p.* 434. Cl. Duk. ad *Flor.* II. 7. 8. & Cl. Weſſeling. ad *Herod.* IV. 106. ubi exemplorum adfatim habes. Altera eſt, egregie & linguam dici ανοιγεσθαι: vides non raro ei θυραν tribui, dicique αποκλειεσθαι & εγκλειεσθαι: ut docuerunt eruditiſſimi Viri, Kypke, Abreſchius *Adnot.* ad calcem *Anim.* ad *Aeſchyl. p.* 567. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 58. Dixit quoque Plautus *occludere linguam*, *Trin. Act.* 1. *Sc.* 2. *V.* 151. & Phaedrus non tantum *praecludere vocem*, ſed & *linguam* I. 2. 26. & I. 23. 5. Ubi Cl. Burm. Ceterum in Cl. Elsnero videmus, in quam minutis ſaepe labantur Viri docti: notavit jam Raphel. & poſt eum Kypke.

Ib. Com. 66.

Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται.

Vulg. *quis putas puer iſte erit?* Legiſſe itaque videtur τίς: Sic in variis lectionibus *Bogardi.* Sequitur Beza. Pricaeus „ Malim τίς ἄρα „ legi, id eſt ποταπὸς, ſic infra C. VIII. 25. „ &c. „ Male omnino: τί, quod Codd. tantum non omnes habent, quod & Syrus atque Arabs expreſſerunt, multo elegantius. Ita neutris frequenter utuntur utriusque linguae ſcriptores. Vid. Duk. ad *Flor.* IV. 2. 79. Burm. ad *Phaedr.*

Phaedr. V. 10. 9. Add. Ovid. *Ep.* VII. 168. *Ep.* XII. 25. & 31.

Tunc ego te vidi: tunc coepi ſcire, quid eſſes:

id eſt, quanti eſſes faciendus, quam formoſus fores. Conf. & *Act.* XII. 18. ubi eadem fere phraſis: τι αρα ὁ Πετρος εγενετο. Ceterum, quod ſequitur: καὶ χειρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ, omnino retinendum.

Ib. COM. 69.

Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

Varias eruditorum hominum de h. l. ſententias videbis apud Cl. Wolf. Adde diſſ. doct. Brunings *de cornu ſalutis.* Reſpexit Zacharias ad locum inſignem *Pſ.* CXXXII. 17. שם אצמיח קרן לדוד. Οἱ ὁ. Εκει εξανατελω κερας τῳ Δαυιδ. *Cornu* apud priſcos, Orientales maxime, ſymbolum potentiae & roboris, *Pſ.* LXXV. 5, 11. *cornua improborum* אנדץ, *truncabo, mutilabo.* Vid. ὁ Πανυ ad *Hamaſa p.* 565, 566. Add. *Pſ.* LXXXIX. 18, 25. Chryſoſt. *T.* V. *p.* 74. ed. Sav. ad illud Channae 1 *Sam.* II. 1. ὑψωθη κερας μου εν θεῳ μου, laudato illo, ὑψωθη κερας αυτου, και ὑψωθη κερας χριστου αυτου, haec notat: Τι ποτ' ουν λεγει κερας; την δυναμιν, την δοξαν, την περιφανειαν, απο μεταφορας των αλογων ζωων αυτο τιθεις. και γαρ εκεινοις αντι δοξης

Digitized by Google

και ὁπλου το κερας μονον ενεθηκεν ὁ θεος. κἂν αποβαλωσι τουτο, το πλεον απεβαλον της δυναμεως κ. λ. Atque ita paſſim Veteres. Antiquitus quoque mortales, qui alios adgredi in animo habebant, ad terrorem iis incutiendum, cornua ſibi adponebant: Hinc & Latini figurarunt, *cornua in aliquem tollere*, *alicui obvertere*, item *cornua addere*, *ſumere*, & quae ſimilia, apud Horatium, Plautum, aliosque. Ovid. IV. *Triſt.* ϛ. 9.

Jam feror in pugnas, & nondum cornua ſumpſi,
Nec mihi ſumendi cauſa ſit ulla velim.

Huc ſpectat quoque illud Micylli apud *Lucianum* in *Gallo T.* II. *pag.* 719. και κερατα εφασκεν ειναι μοι. Inſignem Plutarchi locum, unde conſtet, Graecorum Vatibus το κερας itidem habitum fuiſſe ſymbolum του κρατους, habes apud Cl. L. Bos ad *Apoc.* XIII. 1. Atque adſimiliter Romani interpretabantur. Vid. Cl. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 255. In numis Reges & Heroës frequenter *cornuti* adparent, non adeo, ut multi eruditi Viri, inter quos & Cl. S. Havercampus Diſſ. *de Alex. M. Numismate & Nummis contorn. pag.* 14. arbitrantur, ad eorum virtutem & potentiam, quam quidem ad eorum divinam originem indicandam. Huc ſpectant certe, quod & Vir Cl. agnoſcit, cornua Alexandro olim adpicta, qui & hinc Arabibus dictus ذو القرنين. Vid. Cl. Venema *Diſſ. ad Dan.* II. *p.* 324. item *Diſſ. Sel. p.* 31, 32. & Cl. Clodius *Lex. Hebr. Sel. V.* קרן. Ceterum in generaliori hac idea *roboris* & *potentiae* paſſim acquieſcunt Interpretes:

tes: Nonnulli tamen, ut Cler. Wolf., & Heumannus, viderunt, hic aliquid amplius & aliud quid requiri. *Cornua* ſcilicet apud Orientales quoque ſunt emblemata virorum fortium & bellica virtute illuſtrium, qui regnum vel fundant, vel collapſum inſtaurant, ad ſeram usque poſteritatem propagandum, ut egregie docuit Cl. Venema ad *Dan. l. c. p.* 323. ſeqq. & *p.* 370. *Cornu* ita eſt *Fundator* vel *Inſtaurator regni.* Atque ita & hoc loco & apud Pſalten, *cornu* eſt *Inſtaurator regni Davidici*, fortiſſimus Heros, qui ſua virtute collapſum Davidis tentorium reſuſcitaret, ut dicit *Amos* IX. 11. Quod & virum Cl. *l. c. p.* 387. notaſſe, deinceps vidi: Conf. ſis *Com.* 32, 33. Facit & huc, quod non ſimpliciter dicat κερας, ſed κερας σωτηριας, id eſt, phraſi perquam uſitata, cornu, *quod ſalutem adfert.* Et quaenam illa ſalus, quam hic in mente habebat vir ſanctus? ea, quae deſcribitur *Com.* 71. σωτηρια εξ εχθρων και εκ χειρος παντων των μισουντων ἡμας: εκ χειρος uſu illo, quo χειρ notat *vim*, *violentiam*; notum, quid ſint χειροδικαι, & quid ἄρχειν ἀδικων ſcil. χειρῶν: Salus itaque, per quam nos miſeri eripimur ex poteſtate inimicorum noſtrorum infernalium, in plenamque libertatem Filiorum Dei adſerimur; idque, ut ἀφοβως Deo ſerviamus, Com. 74. quod omnino fieri nequit, niſi devictis triumphatisque hoſtibus: Quam pulcre itaque hoc, ἤγειρε κερας *cet.*, ſequitur poſt, ὁτι επεσκεψατο και επoιησε λυτρωσιν τῳ λαῳ αὐτου? Ceterum, cum in Pſalmo ſit, מצמיח קרן, hic eſt, ἤγειρε κερας. LXX. optime ἐξανατελῶ: צמח proprie eſt

 emi-

emicuit, ſplenduit, hinc *germinavit.* Idem ανατελλειν. Plura mox ad Com. 78, 79. Ad rem, nihil differt noſtrum ηγειρε: Deus dicitur in S. L. virum inſignem εγειρειν, cum ipſum facit prodire: ad quod proxime adcedit uſus του εγειρειν in *educendis*, ut Latini dicunt, *aedificiis.* Antequam vero manum de tabula, non poſſum quin notem ſummam elegantiam venuſtatemque του צמח ·אצמיח קרן nempe *luci* proprium; & קרן quoque, unde קְרֶן & *fulgoris* ac *ſplendoris* notione gaudet. Inſignis locus *Exod.* XXXIV. 29, 30. ubi de Moyſe: קרן עור פניו: Vulg. ibi קרן vertit per *cornutum eſſe*; atque hinc primarius Dei miniſter *cornutus* pictus: Vide quae erudite hac de re diſputat Cl. Ven. *Obs. S. L.* I. *C.* 2. Quin & dantur Viri docti, inter quos Cl. Le Moyne, qui per קְרֶן hoc Pſalmi loco *lumen* intelligunt: Sine dubio minus recte; neque tamen, ideam *lucis* Vati quoque in mente fuiſſe, prorſus negaverim: inde mox ſequenti membro: *aptavi lucernam uncto meo.* Admirabiliter in hac rerum ſerie quadrat *lucerna*, quam Orientales frequentant non tantum tanquam imaginem *fortunae ſplendidae*, ſed & *perſonarum talem fortunam ſuſtinentium, eamque ad ſeros usque nepotes propagare aptorum*: ut docuit inimitabilis A. Schultens ad *Job pag.* 440, 441. Ita qui priori colo dictus erat קרן *cornu*, hic jam eſt נר *lucerna.* Niſi quis mallet, quod mihi tamen minus adriſerit, נר hic figurare inſignem *Prophetam*, qui ſuo lumine totam domum Dei colluſtrat: quando hoc & ſequenti commate triplex nobis ſalutare Domini munus conjunctum habe-

re-

remus; nam ultima *Com.* 18. *super ipso emicabit* (ſic enim vertendum, ut egregius poſt Schultenſium Orientalium literarum Stator N. G. Schroederus docuit *Obſ. Sel. ad Orig. Hebr. C.* 7. §. 37.) *diadema ejus*, ad *pontificalem* Meſſiae dignitatem referenda eſſe omnino cenſuerim: Aureum ſcilicet diadema, quod olim in capite Pontificis reſplendebat, dicebatur צִיץ, pro quo נֵזֶר ſubſtituitur *Exod.* XXIX. 6. Alibi autem, ut *Lev.* VIII. 9. צִיץ & נֵזֶר ita junguntur, ut ſe invicem explicent: Vid. ib. vir Cl. qui tamen hic cum aliis de regio diademate cogitat. Illa duo jam in unum conflata elegantiſſimam hanc phraſin efficiunt: *ſuper ipſo emicabit diadema ejus.* Confer *Com.* 15, 16.

COM. 78. 79.

Ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.
Ἐπιφᾶναι τοῖς κ. λ.

Omnes paſſim Interpretes de Chriſto intelligunt. Intercedit vero Pricaeus, vel ipſum communem uſum Graeci ſermonis huic opinioni refragari contendens; tum enim ſcribendum fuiſſe, non ἀνατολὴ, ſed ἡ ἀνατολη. Quid itaque vir eruditus? Non niſi re ſaepius retractata putat, corruptam a multis jam ſeculis eſſe lectionem contextus Graeci, ſcribendumque, ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἄνωθεν ἐξ ὕψους: Ἐπεσκέψατο ſcilicet Deus, de quo in praeced. membro, & ἄνωθεν ἐξ ὕψους: *deſuper ex alto*, per pleonasmum. Haec

certe nimis fidenter ſcripta, neque admodum meditate, quamvis rem ſaepius ſe retractaſſe dicat Cl. Pricaeus. Ferri quidem poteſt illud ἄνωθεν ἐξ ὕψους, pleonaſtice ſic poſitum; talia enim apud ſacros non tantum ſed & quosvis alios ſcriptores, plus ſemel occurrunt: Verum, qua tandem auctoritate nititur iſta του ανατολη in ανωθεν emendatio? Omni ſanequam veterum Codicum, Verſionum, Patrum quoque, patrocinio eſt defecta. Itane vero pro lubitu mutare licet S. S. lectiones? Deſperata eſſe liquido conſtare debet loca, quibus ſola ingenii ope medelam adferas: Tantum autem abeſt, ut in horum numero noster hic cenſendus veniat, ut contra ανατολη optimo jure defendi queat. Opinioni receptae, de Chriſto hoc explicanti, refragatur, ait vir doctiſſ., communis ſermonis Graeci uſus, qui ſic articulum additum flagitaſſet, ἡ ανατολη: atque hoc pro tam certo habet, ut addat, *qui aures non jacentes habuerit, faſſurum puto me vera loqui.* Verum bona verba quaeſo, vir optime. Non idem hic omnes homines docti ſapiunt: Sunt, qui opinantur, S. Scriptores harum minutiarum nullam fere rationem habuiſſe, & promiſcue articulum vel addidiſſe vel omiſiſſe: Alii ex adverſo contendunt, eos hic ſummam adhibuiſſe ακριβειαν, & nunquam absque juſta ratione articulum vel addidiſſe vel neglexiſſe. Res ſane non nullius momenti in ſacra exegeſi, dignaque, quae curatius pertractetur. Ego quidem in ea verſor ſententia, viros ſanctos hic multo ακριβεςερους fuiſſe, quam plerique arbitrantur; nonnunquam tamen articulum promiſcue vel addidiſſe vel praetermiſiſſe,

ſiſſe, quemadmodum Hebraei ſuum ה: Ad manum ſunt plura exempla, ſed, ne tempora tua morer, unum tantum addam ex noſtro Luca: Habemus hoc Cap. *Com.* 32, 35, 76. ὕψιστος de Deo ſine articulo, ut priori loco: οὗτος ε. μ. κ. υἱος ὑψιστου κληθησεται; reliqua jam mitto: Verum *Cap.* VI. 35. cum articulo: και εσεσθε υἱοι του ὑψιστου. Add. *Cap.* VIII. 28. Ιησου υἱε του θεου του ὑψιστου, quod & potuiſſet του θεου ὑψιστου, quemadmodum habes *Hebr.* VII. 1. Conf. & *Act.* VII. 48. Quid, ſi jam dicamus, ita & rem ſe hic habere; Lucam nempe potuiſſe more Hebr. & articulum addere & omittere? Atque id, niſi fallor, hic ſufficeret. Verum eſt aliud quid, quod omnem difficultatem non tantum removet; ſed ex quo etiam conſtat, cur Noſter hic ita ſcripſerit. Meſſias in antiquo Foedere plus ſemel venit nomine צמח, atque id LXX. vertunt per ανατολην: Vid. *Jer.* XXIII. 5. *Zach.* III. 8. & VI. 12. quo poſtremo loco in Graeco textu habemus: ιδου ανηρ, ἀνατολη ὄνομα αὐτῷ. Inter nomina Meſſiae ſic fuit illud צמח, Graece ανατολη: Agnoſcunt id veteres Judaei, quemadmodum vides apud Cl. Le Moyne *diſſ. ad Jer.* XXIII. 6. *p.* 30. ſeqq. Quin hoc Meſſiae nomen gentibus ipſis non incognitum fuiſſe videtur. Eo enim reſpicere non inmerito putes Tacitum *Hiſt.* V. 13, 3. ubi dicit, Veſpaſianis perſuaſionem fuiſſe, fore, *ut valeſceret Oriens, profectique Judaea rerum potirentur.* Conf. Cl. Carpzov. *S. Exerc. in Ep. ad Hebr. pag.* 115, 116. Huc digitum intendit Zacharias, & Lucas τους ὁ ſecutus dedit ανατολη absque addito

articulo. Gaudeat igitur ανατολη in posterum suo jure, neque quisquam amplius ei litem moveat. Verum jam venit inquirendum de sensu locutionis ἀνατολη ἐξ ὑψους. Dissentiunt hic inter se eruditi Viri. Nonnulli de *sole oriente* cogitant, quos inter est Literatorum princeps J. Scaliger in *Elencho Tribaer. p.* 150. & Cl. Le Moyne *l. c. p.* 35. seqq. Alii de *germine:* ut ὁ πανυ Marck. *Exerc. Misc.* VI. §. 16. seqq. & Cl. Wetsten. in h. l. Ego ita censeo: prophetas, quibus Mess. dicitur צמח, in ista denominatione, *germinis;* Zachariam autem *solis orientis* notionem maxime respexisse. Prius ad oculum patet, locis inspectis, inprimis *Zach.* VI. 12. Posterius constat ex sequentibus: επιφαναι τοις εν σκοτει και σκια θανατου καθημενοις: Επιφαναι passim de sole & astris venit: Vid. *Act.* XXVII. 20. & Raph. Eximie Aelian. *V. H. L.* XIII. *C.* 1. de Atalanta: επεφηνε. . . . . ωσπερ ἀστηρ: hinc & apud Philonem *p. m.* 545. Ptolemaeorum επιφανεια μεχρι γης και θαλατης περατων εκλαμψασα. Verum, per ανατολην in-
„ quit Wetsten., hic non potest sol oriens intel-
„ ligi, ille enim est in horizonte, & inde adscen-
„ dit, non vero vertici nostro ἐξ ὑψους immi-
„ net.„ Ita certe κατα το φαινομενον; sed id nihil inpedit, quominus hic de sole oriente cogitemus, ut qui in coelo est, supra nos, adeoque nos ἐξ ὑψους suis radiis collustrat. Neque etiam video, ut aliam difficultatem a doctissimo Sculteto in *Exerc. Euang. L.* 1. *C.* 12. motam verbulo tollam, cur ανατολη non possit significare *solem orientem*, abstracto, quod ajunt, pro concreto posito; quemadmodum ex adverso,

oriens

Digitized by Google

oriens apud Romuli nepotes pro coeli plaga, unde ſol oritur, cum proprie eſt *oriens ſol*, ut plene habes apud Caeſ. *B. G. I.* 1. 6. Ad Com. 69. digito tetigi ſignificationem, virtutemque utriusque verbi, צמח, & ανατελλειν: lubet hoc loco nonnulla addere: Ad prius illud vid. incomparabilis Scaliger l. c. ſatis ſcilicet, ut puto, conſtat, notionem *micandi* & *promicandi* in illa radice eſſe primariam, atque inde ortam illam *germinandi:* unde vox צמח & novo lumine mactatur, notans ita *furculum ex radice arboris emicantem, novamque in arborem excreſcentem*, indeque figurate *novam ſubolem ex ſucciſae ſtirpis radicibus repullulantem & laete excreſcentem.* Ανατελλειν proprie eſt *ſolis;* vid. *Matth.* IV. 16. & V. 45. de *luna* quoque οἱ ὁ *Jeſ.* LX. 19. ſic & οἱ εξω. Grammatici ſcribunt: Ανατελλει μεν ἐρεῖς ὁ ἡλιος, επιτελλει δε ὁ κυων κ. λ. uſurpatur tamen & generalius; verum haec jam non agimus. Adhibitum quoque de *plantis*, unde Suidas exponit per ανθῆσαι. Heſych. Ανετειλεν. ανεβλαστησεν. Conf. & *Matth.* XIII. 5. *Hebr.* VII. 14. Eleganter hunc uſum ob oculos habens Origenes, *lib. de oratione Opp. T.* 1. *pag.* 238. „ qui orat, ut *regnum Dei adveniat*, περι του την „ εν αυτῳ βασιλειαν ανατειλαι, και καρποφορησαι, „ και τελειωθηναι, ευλογως ευχεται, *de eo, quod* „ *in ſe habet, regno, ut oriatur, fructus ferat,* „ *perficiatur, recte orat.*„ Quae cum ita ſint, recte altero loco *germinis*, altero *ſolis orientis* notio magis ſpectari poteſt. Ceterum, ut hoc addam, dantur & alia verba, in quibus utraque illa idea juncta obtinet. Verba Hebraica

ca זרע / זרח / זרה eadem omnia gaudent origine, quae ſita eſt in *ſpargendo:* זרה adhibetur in *ventilatione*, זרח de *luce*, זרע de *ſemine*, de *luce* tamen quoque. Egregius locus *Pſ.* XCVII. 11. אור זרע לצדיק: Ad ſenſum optime Alexandrini: Φως ανετειλε τῳ δικαιῳ; neque opus, ut, illos זרח legiſſe, cum nonnullis arbitremur: Vid. ὁ Πανν ad *Diod. Sic. T.* II. *p.* 165. ubi videbis, Graecos etiam dixiſſe σπειρειν αιγλην, φως: σπειρειν ακτινας habes apud Philonem. Latini ſimiliter: Poëta *ſpargere lumine terras*, *Aen.* IX. 459. ſic & alii. Dominus noſter Jeſus omni virtute nominis eſt צמח: confer *Jeſ.* XI. 1—. צמח *Jehovaeh*, צמח *Davidis:* Graeci & adhibent θάλος, ἔρνος, de Deorum filiis, heroibus, illuſtribusque viris: Sic Apollo apud Ariſtoph. Θεσμοφ. ℣. 328. audit χρυσώπιδος ἔρνος. Vid. *Biſet.* Ita & alibi: ſed Dominus etiam vere eſt ſol, ſol juſtitiae. Gentiles VIII. Kal. Jan. colebant tanquam *natalem ſolis.* Eccleſiae Patribus hoc anſam praebebat, Chriſtum, quem eo die natum eſſe ſecundo jam tertioque ſeculo credebant Chriſtiani, tanquam verum ſolem tum ortum depraedicandi atque celebrandi: apud quos itaque hac de re egregia reperias. Notemus adhuc nonnulla ad illa, quae, ut vidimus, huc pertinent: Επιφαναι τοις εν σκοτει, και σκιᾳ θανατου καθημενοις κ. λ. Reſpicitur ſine dubio ad *Jeſ.* IX. 1. Σκοτος & σκια θανατου conjuncta notant *denſiſſimas tenebras:* atque hae figurant ſtatum ſummae ignorantie, atque extremae miſeriae: Καθημενοι εν σκοτει και σκιᾳ θανατου ſunt itaque homines, in profundum ignorantiae miſe-

ſeriaeque barathrum demerſi, conclamati, ac quibus nulla ſpes ſalutis adfulget: His Meſſias ſalutare ſidus & ſol juſtitiae exoriretur, qui caliginoſa nocte preſſos benigno ſuo lumine colluſtraret, foveret, atque ad beatas ſedes revocaret: Operae hic erit conferre admirabilem illam Platonis ſpeluncam, ſub initium *L.* VII. *de Rep.*, ubi videbis, quid gentiles hic per tranſennam quaſi viderint: Nota &, quod in utraque lingua hominibus dicatur *oriri lux*, *ſol* &c. qui ex ſervitute, vel alia quadam miſera conditione vindicati, in meliorem ſtatum, libertatemve reſtituuntur; illique, qui ejusmodi felicitatis exiſtunt auctores, veniant tanquam coeleſtia quaedam *lumina* & *ſidera:* Atque cum his inprimis conparantur Reges & Inperatores, iique jure merito, quibus cives tranquillitatem publicam, ſecuritatem reipublicae, ſuamque ſalutem, unice debent: hinc voces *ortus* & *oriri* ſaepe habes de iis, qui Reges, Inperatores, vel Caeſares, fiunt, ut erudite docuit ampliſſimus G. Cuperus, *Praefat. ad Not. in Lact. de Mortibus Perſec.* Ανατελλειν nonnunquam dicuntur Reges &c., cum aliis ſeſe conſpiciendos praebent: Sic Lucian. *T.* I. *pag.* 474. ὁ δε μογις αν ποτε ανατειλας αυτοις κ. λ. ubi Cl. Hemſterhuſ. Non diſſimiliter uſurpant επιφαινειν: Herodianus de Commodo *p. m.* 15. ὑποδεχθεις τε πανταχου βασιλικως, και δημοις ἑορταζουσιν ἐπιφανεις, ασπασος τε και ποθεινος πασιν ωφθη: magis ad rem Lucianus in *Toxari C.* 51. παραλαμβανε την αρχην, τεταραγμενοις τοις πραγμασιν ἐπιφανεις. Inprimis huc faciunt, quae hic

no-

notavit Pricaeus & L. Bos ad *Joh.* I. 4. Add. Homerus de Ajace *Il.* ζ. —— φως δ' ἑταροισιν εθηκεν. *amicis vero lucem*, id eſt, *ſalutem, adtulit.* Il. θ. —— αι κεν τι φως Δαναοισι γενηαι: Imitatus *Virg. Aen.* II. 28.

O! *lux Dardaniae, ſpes ô! fidiſſima Teucrum.*

Curt. IX. 6, 8. de Alexandro: *Sed quis deorum hoc Macedoniae columen ac ſidus diuturnum fore polliceri poteſt?* Addere forte licet, verbum επιφαινειν quoque uſurpari in Deorum Dearumque adparitionibus, quae & hinc paſſim επιφανειαι dicuntur, ut docuerunt Wetſteniùs & Ill. Ez. Spanh. ad *Callim. in Pall.* ϒ. 100. atque etiam ſic de Deo in V. T. *Gen.* XXXV. 7. *Pſ.* CXVII. 27. Add. 2 *Macc.* III. 24, 30. & XV. 27. Ceterum, ad verba haec generaliter magis accepta commentarium praebent, quae habet Clem. Alex. *Cohort. ad Gentes T.* 1. *pag.* 97. ed. nov. ubi inter alia haec: ὁτι φως ἡμιν εξ ουρανου τοις εν σκοτει κατορωρυγμενοις και εν σκιᾳ θανατου κατακεκλεισμενοις εξελαμψεν, ἡλιου καθαρωτερον, ζωης της ενταυθα γλυκυτερον. porro: ἡ νυξ δε ευλαβειται το φως· και δυνουσα δια του φοβου παραχωρει τῃ ἡμερᾳ Κυριου. Το φως ακοιμητον γεγονεν, και ἡ δυσις ανατολῃ πεπιστευκεν: *Nox autem fugit lucem & prae timore ſeſe condens diei Domini cedit: Ubique diffuſa eſt lux, quae ſopiri non poteſt, & occidens orienti credidit:* denique: ουτος την δυσιν εις ανατολην μετηγαγεν, και τον θανατον εις

ζωην

ζωην ανεσκολοπισεν. *Hic*, sol justitiae nempe, *occasum traduxit in orientem*, *& mortem veluti crucifixam in vitam sustulit:* vide cetera, quae ibi habet doctissimus Pater, graviter dicta.

CAPUT SECUNDUM

COM. 1.

Ἀπογράφεσθαι.

Ita & *Com.* 3. Possunt haec cum Periz. ad *Ael. V. H.* IV. 25. aliisque, passive exponi: verum *Com.* 5. habemus ἀπογραψασθαι, quod cum Belgis eodem quoque modo intelligit Cl. Blackwallus, & Vir doctiss. in *Obs. Misc. Vol.* 10. *pag.* 216. Constat certe, aor. 1. med. aliquando passive venire: exempla l. c. adlata id docent, quibus plura, si opus foret, addi possent: neque tamen ita fit in omnibus verbis: ad nostrum quod adtinet, solito verborum mediorum usu passim occurrit: mitto, quae notavit Cl. Valcken. ad *Herod.* VII. 100. In *censu* frequens pro *nomen suum profiteri, tabulisque publicis inscribendum curare:* quod tot exemplis docuerunt Viri eruditi, ut nova accessione cumulare nihil opus sit: hinc ἀπογραφη *census, professio*, & ἀπογραφαι *tabulae censuales*, apud Dion. Cass. *L.* 53. *initio. L.* 59. *p.* 755. aliosque plures. Verum & in genere adhibetur de omnibus, qui *nomen suum profitentur* in-

inter eos, qui vel munus aliquod ambiunt, vel artem quandam exercere, & quacumque demum in re vires ſuas experiri volunt: Plutarchus in *Problem.*, in *vita Syllae*, & alibi uſurpat de *petitoribus & candidatis*: Diod. Sic. *L.* 1. *C.* 80. εκελευε τους βουλουμενους εχειν ταυτην την εργασιαν (furandi ſcilicet) απογραφεσθαι προς τον αρχιφωρα: Saepenumero de iis ſpeciatim, qui in ludis Graeciae publicis de victoria certare volentes apud Ελλανοδικας nomen profitebantur, & in tabulas referri curabant; item qui militiae nomen dabant: vid. Elsner. Wetſten. Kuſter. de *V. M. Sect.* 2. & Periz. l. c. Addo apud Plutarchum in *libro Epigr.* haberi απογραψαμενος πυκτης, *qui inter pugiles nomen dedit:* apud Diod. Sic. *L.* XVI. *C.* 30. Των μεν ουν επιεικων ανδρων ουδεις απεγραψατο προς την στρατειαν: vid. & *L.* XVII. *C.* 62. atque ſic ſaepius: Inſignis locus *Arriani de Exped. Al. L.* 3. *p.* 206. ed. Blanc., ubi, cum dixiſſet, Alexandrum Theſſalos equites in oram maritimam remiſiſſe, addit: quicumque privatim adhuc ſtipendia apud eum mereri vellet, eum απογραφεσθαι εκελευε· και (ita pergit) εγενοντο οι απογραψαμενοι ουκ ολιγοι. S. Patres, ut hoc addam, eleganter ad rem divinam tranſtulerunt: *Chryſ.* εν τω περι παρθενιας. Αλλα θαυμαζω μεν τους εις τουτον απογραψαμενους τον αγωνα, ου κατηγορω δε των εξω αθλησεως μενοντων: adſimiliter *Baſilius:* προς δρομον ουρανιον απογραψαμενος: vid. Cl. Doun. ad *Chryſ. T.* 8. *p.* 380, 381. ed. Sav. Cum itaque hoc verbum, ut jam ſatis ſuperque vidimus, ita paſſim veniat, non video, cur απε-

ἀπογραψασθαι *Com.* 5. passive caperemus; neque hoc tantum; verum &, cur ipsum ἀπογραφεσθαι *Com.* 1. & 3. non significatione *activa*, ut scribit Stephanus in *Thes.* vel *med.* si vis, interpretaremur: Ita Vulg. probante Ill. Grot., *Com.* 3. *profiteri.* Cetera, ad rem quod attinet, non convenit inter doctos, ut in vulgus notum, an fuerit hic, quem strictiori vocabulo ἀποτιμησιν ουσιων dicunt, *bonorum census*, num vero tantum *personarum familiarumque descriptio:* de hac quaestione prae ceteris legi meretur Cl. T. H. Honertus in lib. belg. *de origine Christi ex Dav.*, inprimis autem Cl. Periz. in peculiari *diss.* de hac materia conscripta: ubi posteriorem sententiam argumentis non contemnendis propugnat: praecipuum hoc est, quod, cum, ut Josephus disertis verbis testatur, ante Herodem vectigalis & serva fuerit Resp. Jud., sub Herode tanquam *socio & amico Romanorum* caput extulerit, majorique gavisi sint libertate, & ad regiam majestatem, quamquam Romanis varie subordinatam, adsurrexerint Judaei: conf. Cl. Vitr. *Obs.* IV. 5, 6. & Basnage *Hist. Jud.* I. 5. neque tamen ab altera parte desunt, quae probabiliter opponantur, adeo quidem ut animi pendeas, & consultius videatur hic nihil determinare: Confer Cl. Ernesti *Inst. Interpret. N. T. pag.* 240.

Ib. Com. 4. 5.

Εἰς τὴν Ἰουδαίαν κ. λ.

Εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Cod. Cantabr. habet, γῆν Ἰούδα. Eadem confuſio *Matth.* II. 6. ubi pro γῇ Ἰούδα nonnulli Codd. της Ἰουδαιας, vel της Ἰουδα, aut γης Ἰουδα. Non intelligebant nempe illud γη pro *urbe:* Sic tamen ארץ ſaepe apud Hebraeos; & γη, ut & χθων ac χωρα, apud Graecos, praeſertim apud Poëtas: Vid. praeter Grot. ad illum l. Cl. Kuſter. ad *Comici Thesmoph.* ψ. 115. Εἰς πόλιν Δαβὶδ. Unus codex, teſte Epiphanio, κωμην Δαβιδ. Vid. Caſaub. *Exerc. Anti-Baron. p.* 147. quanquam Epiphanium aliter intelligat Wolf. Et κωμη dicitur *Joh.* VII. 42. Iſtiusmodi diverſitas & alibi obſervatur: Ita apud Euſebium in *Onomaſt.* v. Αιναν pro eo, quod editur, κωμη, MSS. Regius habet πολει: Nec mirum; nomina enim πολις & κωμη ſaepe de iisdem locis adhibentur, quae & κωμοπολεις dicuntur, quae vico ſcilicet fere majora & urbe minora ſunt: Nos dicimus *de ſtede.* Bethſaida apud S. S. & πολις & κωμη vocatur: conf. Cl. Reland. *Paleſtin. S.* III. *p.* 653, 654. Dominus *C.* IV. 43. ὁτι και ταις ἑτεραις πολεσιν ευαγγελισασθαι με δει: quod non ſolum de urbibus proprie dictis, ſed & de pagis vicisque majoribus, intelligendum: *Marcus* diſerte *C.* I. 38. habet κωμοπολεις: Neque ita tantum S. Scriptores, ſed & alii: vid. notata Viri doctiſſimi

Obſ.

Obſ. Miſc. Vol. 7. p. 117, 118. Ad illa: ἐξ οἴκου καὶ πατρίας, vide nos ad *C.* I. 27. Σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί. Pro μεμνηστευμένῃ Alexand. & Cant. habent ἐμνηστευμένην: quod non minus bonum: Ita Jones & Attici ſaepius: vid. ὁ Παυν *Obſ. Miſc. Vol.* 4. *pag.* 289. Vox addita γυναικὶ nonnullos offendit: quemadmodum & in quibusdam Codd. deſideratur. Male: neque enim tori ſocietatem requirit ea vox: & S. S. conſuetudo eſt, ut notat Hieronymus *Opp. T.* 4. *P.* 2. *pag.* 131, 132. *ſponſas* adpellare *uxores*: Joſephum a Maria quoque abſtinuiſſe, ex Euang. certiſſime conſtat. Ceterum, illa σὺν Μαριὰμ κ. λ., conjungi poſſunt vel cum ἀνέβη *Com.* 4. vel cum proxime praecedenti ἀπογραψασθαι: quod Comeſtor jam pridem notavit, monente Erasmo. Si prius, ſenſus erit, Joſephum tanquam maritum & cuſtodem beatae Virginis, quam ad ſe adſumſerat, eam itineris ſui habuiſſe comitem, quo ſic melius cariſſimi pignoris a Deo ſibi demandati curam gereret, inſtante jam partu: ſi poſterius, Mariam ſimul cum Joſepho iter ſuſcepiſſe, ut nomen ſuum quoque profiteretur. Majoris res eſt operae inquirere, an Maria fuerit filia ἐπίκληρος, quod mihi admodum videtur probabile: ſufficit hic tamen, quod viri docti notarunt, fuiſſe etiam de more Romanorum, ut mulieres quoque nomen ſuum profiterentur; res enim hic decreto Auguſti Caeſaris geſta. Ceterum miranda divina providentia, qua gubernatrice Maria hoc tempore, relicta Nazar., Bethlehemum contendit, ut ibi Chriſtum ſecundum vaticinia pareret;

&, cum infantum capita quoque cenſebantur, publicae Romanorum tabulae & locum Domini natalem, & genus quoque ejus teſtarentur: atque ita rem ſe vere habuiſſe, adfirmant veteris Eccleſiae Patres, Juſtinus Martyr & Tertullianus locis ab aliis jam laudatis. Non male autem notavit hic Origenes *Opp. T.* III. *pag.* 945. „ In totius orbis profeſſione deſcribi oportuiſſe „ & Chriſtum, ut cum omnibus ſcriptus ſancti„ ficaret omnes, & cum orbe relatus in cen„ ſum, communionem ſui praeberet orbi, ut poſt „ hanc deſcriptionem deſcriberet quoque ex or„ be ſecum in librum viventium, ut quicumque „ credidiſſent in eo, poſtea cum ſanctis illius „ ſcriberentur in coelis. „

Ib. Com. 6. 7.

Ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν κ. λ.

Ἐπλησθησαν κ. λ. phraſis eſt Hebraica, quae totidem verbis exſtat in Alexandrina vers. *Gen.* XXV. 24. niſi quod ibi habeas ἐπληρωθησαν: quod & ita Graeci uſurpant, ut docuit Cl. Albert. *Peric. Crit. p.* 50. ubi & videbis, Latinos ſic quoque adhibere verba *explere* & *implere*. Callimachus in *collect. Fragm. Bentl.* no. 175. —— τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσά Μητηρ οὐς ὦδινε μηνας, pro quo Cl. Lennepius *Anim. ad Coluthum p.* 62. non male legendum conjiciebat: Μητηρ ἐνωδὶν μηνας: ut mens ſit: *quem in*

in utero geſtans foecunda mater, non inplevit menſes geſtationis. Paſſim reperias hoc ſenſu *exactos menſes.* Phaedrus I. 18, 2. *actis menſibus:* ubi Cl. Burm. Ceterum ex hoc loco ſatis, ut puto, conſtat, errare, qui, Mariam in utero geſtando tempus novem menſium non inpleviſſe, affirmant. Conf. *C.* I. 57. & J. Wandalinus in erudita *diatribe hiſtorico-th.* inſerta *Syntagm. Diſſ. Graevii pag.* 258, 259. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ· διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Hieronymus *Opp. T.* IV. *P.* 2. *p.* 48. haec habet. „ Dei Filius pro noſtra „ ſalute hominis factus eſt Filius. Decem men„ ſibus (ita & *pag.* 130. & ſic ſaepius veteres, „ quo de forte alias) in utero, ut naſcatur, ex„ ſpectat; faſtidia ſuſtinet; cruentus egreditur; „ pannis involvitur; blanditiis delinitur: & ille „ pugillo mundum includens praeſepis contine„ tur anguſtiis:„ item *pag.* 135. nulla ibi ob„ ſtetrix: nulla muliercularum ſedulitas inter„ terceſſit; ipſa pannis involvit infantem: ipſa „ & mater & obſtetrix fuit.„ Ceterum fruſtra ſunt, qui hic de vilibus lacerisque pannis cogitant, ſordidam ſine neceſſitate beatae Virgini pauperiem tribuentes, quos jam olim caſtigavit Erasmus. Proprie quidem σπαργανα, ut bene Suidas notavit, ſunt ῥάκη, quomodo & Heſychius interpretatus; atque ita Ariſtoph. *Acharn.* ν. 430. ubi σπαργανα, quae mox ῥακώματα & ῥάκη vocat; pluresque alii: verum deinceps, quemadmodum in talibus fieri ſolet, & de quibusvis faſciis, ut ipſum illud ῥάκος etiam de quovis pan-

no integro & novo, uſurpatur: Nonnunquam venit de linteis quibus involvuntur mortui, maxime tamen de faſciis, quibus devinciuntur absque ullo diſcrimine infantes. Photii *Lex. MS.* a Cl. Albert. laudatum ad Heſych. habet: Σπαργανωματα· αἱ πρωται φασκιαι και οἱ δεσμοι των αρτιτοκων δεσμων. Gloſſ. Labb. σπαργανον. *faſcio* (l. faſcia) σπαργανουσθαι. *faſciari.* Praeter Pricaeum vide hic Wetſten., qui varia notavit loca, quibus, quod dictum, conprobatur. Addamus nonnulla, quae nos obſervavimus. Commodus, primus in purpura ſuſceptus, magnifice de ſe apud Herodianum I. 5. και μη πειραθεντα με ἰδιωτικων σπαργανων, ἁμα τῳ της γαστρος προελθειν, ἡ βασιλειος ὑπεδεξατο πορφυρις: Ex adverſo Macrinus in epiſtola apud eundem *L.* V. *C.* 1. ſub finem. Μαρκος —— Περτιναξ εξ ἰδιωτικων σπαργανων επι τουτο ελθοντες. Themiſtius Arcadium *Orat.* XVIII. *p.* 224. vocat τον σεβαζον εκ του λικνου και των σπαργανων: ſic & alibi: Hi dein πορφυρογεννητοι dicti. In mentem hic venit loci *Jeſ.* IX. 5. ubi de Domino: *puer nobis natus eſt. filius nobis datus, & principatus eſt ſuper humera ejus:* id eſt, ἐμοιγε κριτῇ, in purpura regia, ſive rex natus eſt. Hoc εν παροδω. Siſimithres de Chariclea ad ejus patrem regem Hydaſpen apud Heliod. *Aeth. L.* X. και ἣν εκ σπαργανων περιεσωσα ὑμιν θυγατερα, ταυτην και νυν ανασωζομενην επ' ακμῆς ου περιορων. Philoſtratus Junior *Icon.* V. *p.* 869. Αθυρεις Ηρακλεις, αθυρεις και γελας ηδη τον αθλον εν σπαργανοις ων. Longus *Paſtor. p.* 2. και αλλαι (γυναικες ſcil.) σπαργανοις κοσμουσαι παιδια εκκειμενα: ubi P. Moll. ib.

ib. *pag.* 4. παιδιον της κατα την εκθεσιν τυχης εν σπαργανοις κρειττοσι: item *pag.* 6. & *p.* 7. τυχην εκ σπαργανων επαγγελλομενοι κρειττονα. Cornutus *de Nat. Deorum pag.* 147. την Ρεαν φασι — λιθον αντ' αυτου (Διος) προσενεγκειν εσπαργανωμενον τω Κρονω. Gloss. vet. *cunabula* σπαργανα. Eleganter Artemidorus *Oneirocr. L.* IV. *C.* 73. αποθανειν προ ωρας, εν σπαργανοις. Philo *pag.* 247. ἔτι γαρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, απ' αυτων σπαργανων προς τελειοτατον επιτηδευμα φιλοσοφιαν ελθοντες. *qui jam a teneris, ut ita dicam, unguiculis admoti ad perfectissimum philosophiae studium:* Atque eximie, ne plura addam, de primo rei cujusvis ortu adhibetur, εν σπαργανοις και γαλαξιν ειναι: Auctor est Euripides, quem plures secuti. Vid. Ael. V. H. VIII. 8. & X. 10. ac quae Vir Graece peritissimus J. Kuhnius ibi notavit. Εν τη φατνη. De *praesepi* hactenus intelligo; sed de eo jam non disputo: vertendum autem puto, non ut Belgae nostri, *in de kribbe;* sed *in eene kribbe*, in *quodam praesepi:* τῇ pro τινι, ut saepe ὁ pro τις, de quo alibi. Εν τω καταλύματι. Vox καταλυμα a Thoma inprobata: habet tamen Synesius scriptor purissimus *Ep.* XIII. 2. Vid. VV. DD. ad *Mag.* in v. Καταλυσις passim reperias: ut liquet ex ll. ibi laud. Add. Dio Cass. *L.* LIX. *p.* 750. A. Ceterum de his publicis locis multum a nostris diversoriis diversis vid. ὁ Πανυ Casaub. ad *Theophr. Char. p. m.* 207. & 336. nec non Itinerarii, Busbequius, P. Vallensis, Theven., aliique.

Ib. Com. 8.

Ἀγραυλοῦντες καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν.

Ἀγραυλουντες Vulg. *vigilantes*, unde & in veteribus gloſſis ἀγραυλῶ *vigilo*. Videtur legiſſe ἀγρυπνοῦντες: ut non male conjecit Pricaeus, qui tamen addere non debuiſſet: *quae lectio non ſpernenda eſt*: ἀγραυλουντες exſtat in omnibus Codd. Suidas huc reſpexit in v. ἐκπλαγεῖς. Ποιμενες ἀγραυλουντες ἐκπλαγοῦς φωτοφανείας ἔτυχον: quod jam Cl. Albert. ad Heſ. V. Ἀγραυλοι obſervaſſe, video. Theophylactus aliique male explicant de *fiſtula paſtoritia*, ut ſit quaſi ἐν ἀγρῷ αὐλοῦντες; ita enim nullibi occurrit: Diſputatur autem inter viros doctos, an vertendum ſit: *in agris pernoctantes*; num vero, *ſub dio agentes*: Vid. Wolf. Heſych. l. c. Ἀγραυλοι, οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες. Conf. & Auctarium: ſed Ἀγραυλον, ὑπαιθρον *cet.* confer & quae Cl. Ruhnkenius ad Timaei Lexicon notavit v. θυραυλεῖν. Uſus nempe utramque interpretationem admittit. Poſteriorem tamen praefero. Vid. praeter Caſaub. Grot. aliosque Cl. Graev. ad *Heſiod. pag.* 82. Mitto, quod vocis origo faveat; quod vocabulum ἀγραυλειν tam ad *diem* quam ad *noctem* referatur: obſervo tantum, ſi per, *in agris pernoctantes*, vertas, minus commode ſequi: φυλ. φυλακ. της νυκτὸς: Exempla au-

autem hujus uſus ſi deſideres, vide prae ceteris Wetſten. & Kypke, qui tamen ita intelligere mavult, ut his verbis innuat S. S., paſtores hos non ex urbe Bethl. fuiſſe, ſed in agris extra urbem ſua vel domicilia vel tentoria habuiſſe: quando itaque vertendum, *ruſticantes*, ſive *in agris degentes*. Poteſt certe ita exponi: vide quae huc conduxit, & conf. Cl. Albert. ad *Heſ. V.* ἄγραυλον, atque ibi Schol. ad *Com. Theſm.* Verum obſtat, quod, quemadmodum ſeqq. και φυλ. φυλ. τ. ν. indicant id, quod tunc temporis faciebant paſtores, ita & hoc, quod cum iis arctiſſime junctum, etiam tale quid ſignificare debeat. Ceterum, illud φυλασσοντες φυλακας, expreſſum ad normam Hebr. neque tamen ſoli Hebraei ita loquuntur; ſed & Graeci pariter atque Latini. Vid. Wetſten. Wolfium, Kypke: Quibus adde Rittershuſium, qui, more ſuo, plena manu hujus locutionis exempla dedit ad *Oppian. Halieut. L.* IV. ℣. 263. Quod additum της νυκτος, inmerito a Beza habitum pro pleonasmo Hebr.; namque ita Lucas νυκτοφυλακιας a *diurnis* diſtinxit: confer de his vigiliis praeter alios Cl. Periz. ad Melam, *Obſ. Miſc. Vol.* VIII. *p.* 202. Pro επι την ποίμνην αὐτῶν potuiſſet & ſcribere: επι της ποιμνης. Ita paſſim ὁ επι κοιτωνος, ὁ επι των χρηματων, ὁ επι των κληρονομιων, ὁ επι της πολεως & ſimilia plura. Dionyſ. tamen Halicarn., aliique in his & ſimilibus etiam accuſ. adhibent. Latini hoc ſenſu *ſuper* & *ſupra*.

Ib. Com. 9.

Ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς.

Pervulgatae diſſentientium Interpretum de *Angelo Domini* ſententiae. Nonnulli ſcilicet cogitant de Angelo increato, perſona divina, ſecunda vel tertia: quam ſententiam prae ceteris tuentur praeclari Viri, uterque Honertus, Pater ac Filius, & N. G. Clemens *Conm. in h. l.* Alii de Angelo creato, verum primi ordinis: Atque haec ſententia nititur communi Chriſtianorum conſenſu, ſuaque ſe ſimplicitate commendat. Contendunt Viri praeſtantiſſimi, titulum מלאך יהוה in V. T. non dari, niſi perſonae divinae, nec Filio ſoli, ſed & Spiritui Sancto. Neſcio equidem, an hoc ſolide probatum ſit; verum hoc jam non ago: eſto ita. Lucas noſter ſcribit: αγγελος Κυριου absque addito articulo. Scriptores N. T. hac phraſi, aeque ac illa αγγελος Θεου utuntur de *creato Angelo.* Matthaeus *C.* I. 20. *C.* II. 13, 19. *C.* XXVIII. 2. atque ita & Noſter *Act.* V. 19. & XII. 7. ubi perinde ac hoc loco: Και ιδου αγγελος Κυριου επεστη, και φως ελαμψεν εν τω οικηματι. Bene itaque doctiſſimi Belgae dederunt: *een Engel des Heeren:* &, cum auctor optimus ſui ſit interpres, intelligamus oportet de Spiritu creato: Diverſitas ſtili Auctorum N. & V. T. idem jubet.

Ad-

Adcedit, quod Angelus hic probabiliter, ut Cl. Grotius jam monuit, & ipſi, a quibus hic diſcedimus, eruditi Viri ſtatuunt, idem ſit, ac qui Zachariae & Mariae adparuit: vid. *C.* I. 11, 26. quique ibi *Gabriël* audit: Atqui, hunc pro Angelo creato principe habendum eſſe, plura evincunt: *Com.* 19. *C.* I. dicit: εγω ειμι Γαβριηλ, ὁ παρεστηκως ενωπιον του θεου κ. λ. Quomodo hoc de perſona divina accipi queat, equidem non video; optime autem de primi ordinis Angelo. Vid. Cl. Schoettgen. *Hor. Hebr. p.* 255, 256. doctiſſ. Keuchen. *Annot. pag.* 181. add. ὁ Παυ Vitr. ad *Apoc.* VIII. 2. Maxime vero, quia inmediate ſubjungit: και απεσταλην κ. λ. Porro: *Com.* 30. ſimpliciter ſcribit Lucas, ὁ αγγελος. In ſeqq. non tantum nihil occurrit, quod divinam perſonam indigitet, ſed & diſerte de Filio Dei & Spiritu S. tanquam perſonis a ſe diſtinctis loquitur: ut jam praetermittam, quae ex Daniële ad firmandam hanc ſententiam admovere liceret. Vid. Vir doctiſſ. & amiciſſimus J. A. Vos in egregio *Conm. Belg. in Dan. T.* II. *pag.* 155, 156. nec non Cl. B. de Moor in praecellenti Conm. *in Marck. Comp. P.* II. *pag.* 347, 348. ubi & alios Viros doctos laudatos habes, qui hanc cauſam ex profeſſo egerunt. De nomine *Gabriël* tantum adhuc tribus, quod ajunt, verbis: Si verteris: *fortitudo mea Deus*, idem eſt, ac עציאל 1 *Chron.* IV. 42. nomen viri: Si autem, quod cum Cl. Vriemoetio malim, *Vir Dei*, νεανισκος θεου, ἢ ανθρωπος θεου, ut exponitur in *Lex. Orig.*, egregie convenit Angelo creato: Conf. *Pſ.* CIII. 20. Recte autem Angelo

gelo creato principi ejusmodi nomen tribuitur, quo innuatur, praestantissimos quosque coelestes Spiritus revera non esse, nisi summi Numinis ministros: id quod & observare licet ad nomen *Michaël*, *quis est sicut Deus?* si illum non pro Angelo increato sed creato habeas; quod magni Viri volunt. Plura, quae contextus subpeditat, argumenta, sciens praetereo. Vide, si lubet Cl. de Moor l. c. *p.* 337. seqq. ubi & quae pro adversa sententia adducuntur, solide refutata reperies. Minoris certe momenti est argumentum, quod Viri eximii petunt ex eo, quod pastores, divina adparitione beati, dicantur φοβηθηναι φοβον μεγαν; nihil enim in eo insoliti, etiamsi vel creatus fuerit Angelus: homines coelestibus adparitionibus non erant adsueti; nox erat; ex improviso adparebat Angelus; multaque is luce erat circumfusus. Maximum praesidium pro Angelo increato est in verbis και δοξα κυριου περιελαμψεν αυτους כבוד יהוה scilicet in V. T. monumentis plus semel, ut videtur, significat personam divinam, Filium Dei: passim autem nubem glorioſam, symbolum illud praesentiae divinae illustrissimum. Quod ad prius adtinet, id quidem hoc loco non quadrat; de persona enim conmode dici non potest, quod περιλαμπει τινα. Posterius hac parte melius procedit: Nec tamen δοξαν Κυριου ita hic capiendum esse censuerim. Videamus. Illud Κυριου male deest in nonnullis Codd. Ex quibusdam Versionibus constat, olim quoque lectum esse Θεου, atque id adprobat Bengelius. Retineatur tamen illud Κυριου. Phrasis illa in V. T. quidem de glo-

glorioſa nube frequenter occurrit: ſaepe tamen aliter uſurpatur. In ſcriptis N. T. plerumque diverſo ſignificatu venit. Quod vero dicunt Viri docti, ſemper glorioſum divinae praeſentiae Symbolum notare, cum jungitur *Angelo Domini*, in eo, niſi fallor, ὑποθεσει δουλευουσι. Δοξα in S. L., & apud τους εξω, ſaepiſſime de *fulgore, luce coruſcante*. Ita 1 *Cor.* XV. 41. 2 *Cor.* III. 7. aliisque locis, *Hebr.* I. 3. de Domino: ὁς ων απαυγασμα της δοξης αυτου: (του θεου) Bene hoc explicueris ex *libro ſapientiae* απαυγασμα φωτος αιδιου. Pro δοξα habes φως in l. parallelo *Act.* XII. 7. Atque ita & olim intellectum. Vid. locum Suidae laud. ad *Com.* 8. Plura ſi velis, adi Cl. Elsner. ad *Rom.* I. 23. Latini ſimiliter v. *gloria* utuntur: ut docet Cl. Schulting. ad *Senec. p.* 61. In promtu tandem ſunt rationes, ob quas δοξα illa, ſplendor ille, δοξα Κυριου dicatur: His omiſſis, addo tantum aliquid ad illud, περιελαμψεν αυτους. Docet ita S. S., coeleſti luce undique circumfuſos eſſe paſtores. Vide, quae hic adſcripſit Wetſten. Saepius hoc verbo utitur Philo in libro *de ſomniis*. Ita *pag.* 578. de ſole επειδαν μεν γαρ ανισχῃ, τα μεν κατα γην ἁπαντα περιλαμπεται: Iterum paulo poſt agens de loco, ubi dictum παραδειγματισον τω Κυριῳ απεναντι του ἡλιου *cet.* habet, τα κεκρυμμενα των αδικηματων εμφανη γενεσθαι βουλομενος ταις ἡλιακαις περιελαμψεν ακτισιν, *radiis ſolaribus circumfulſit*. In uno autem Cod. hic habes επελαμψεν quod & plus ſemel eodem libro Philo; atque ſic & alii: Unum tantum locum hic excito,

to, Dionis Caſſii ſcilicet, qui huc egregie facit, *L.* LIX. *p.* 750, 751. πολλου μεν αυτοθεν (ex ponte nempe) φωτος, πολλου δε και εκ των οπλων επιλαμψαντος σφισι. Cetera ibi lege; nam longiora ſunt, quam ut hic deſcribam. Ceterum, ἐπέση αὐτοῖς male a Montacutio in *Orig. Eccl.* Doddridgio in *paraphr.*, aliisque, quibus praeluxit Erasmus, ita accipitur, acſi ſignificet, quod Angelus de loco ſuperiore adſtiterit, atque in aëre adparuerit, paſtorum capitibus quaſi inminens: quo & ſpectat illud Virgilii, quod hic notavit Wetſten., *Devolat, & ſupra caput adſtitit.* Certiſſime ſcilicet notat, *nec opinato adfuit, ſupervenit*, ut optime Beza: Vid. praeter alios Grot. ad *Matth.* XXVIII. 2. & Pricaeum ad *Act.* XXIII. 11. qui tamen fallitur, cum hoc verbum divinis adparitionibus adſtringit; nam, quamvis ſaepe ita adhibeatur, ut docent exempla a Viro docto, aliisque, adlata, quibus adde quae habes *Obſ. Miſc. Vol.* X. *p.* 214, 215. ſaepe tamen aliter venit, ut probavit Cl. Gron. ad *Arrian. de Exped. Al. p.* 64.

Ib. Com. 10. 11.

Χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ.

Χαρα materia gaudii, loquendi ratione trita, & nemini non nota. Ita Terentius, Plautus, & ſexcenti alii. Ariſtoph. *Plut.* ν. 637. λεγεις μοι χαραν· λεγεις μοι βοαν. Eurip. hoc ſenſu

ſu in *Suppl.* ℣. 333. διπλοῦν χάρμα. Alia vide apud Pricaeum. Verum aliquid notandum ad phraſin, παντὶ τῷ λαῷ. Erasm. Schmid. vertit, *cuivis genti:* Et paſſim Interpretes gentes quoque intelligunt. De re ipſa nihil eſt controverſiae; de Judaeis tamen ſolis hic eſſe cogitandum omnino cenſuerim. Ita haec verba capias neceſſe eſt, ſi velis Angelum ſic locutum, ut, quae dicebat, percipere potuerint paſtores: Converſio gentium tunc temporis magnum erat myſterium: Sed praeterea vox λαος in S. S. ſpeciatim de Judaeis uſurpatur tanquam Dei prae ceteris populo: vid. *Com.* 32. & ſic ſaepe. Articulus τῷ hic quoque, ut videtur, limitat, & certum quoddam objectum deſignat: Sic πας ὁ λαος plus ſemel apud noſtrum vid. *C.* VII. 29. VIII. 47. XXIV. 19. *Act.* IV. 10. Materia gaudii etiam additur: ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ κ. λ. Singula verba pondus habent: σημερον male deëſt in nonnullis Codd. Ad rem lege ſis orationem *Nazianzeni* XXXVIII. *in nativitatem Domini Opp. T.* I. Elegantia quoque nonnulla reperies in homilia Arabica Patriarchae Antiocheni *Eliae* III. *in Feſtum Natalis Benedicti* ad calcem *Gramm. Erpenii. pag.* 251. ſeqq.

Ib.

Ib. Com. 12.

Εὑρήσετε βρέφος —— κείμενον κ. λ.

Quidam Codd. habent εὑρήσεται, inter quos & Guelpherbytanus primus ante aliquot annos editus a doctiſſ. F. A. Knittel. Sunt qui pro varia lectione habent; verum male, ut recte jam obſervavit Cl. Kuſter. in praef. ad Millii N. T. cujus haec ſunt verba: „ Idem (nempe „ variam lectionem locum non habere) dictum „ velim de εὑρήσετε & εὑρήσεται apud *Luc.* II. „ 12. Nam licet ſatis ſpecioſe dici poſſit, τὸ „ εὑρήσεται more Atticorum (apud quos verba „ media, ut notum eſt, aliquando Paſſivorum „ vice funguntur) ibi poſitum eſſe pro εὑρέθησε„ ται, tamen id ſubtilius eſt, quam verius. „ Nam in Novo Teſtamento ejusmodi elegan„ tiae Atticae non reperiuntur.„ De uſu fut. med. pro fut. paſſ. lege eruditam notam ſummi Hemſterhuſii ad *Thom. M. p.* 852, 853. Exſtant & ejusmodi elegantiae Atticae in S. L. ut 1 *Cor.* VI. 11. ἀπελούσασθε, quod mox exponitur per ἡγιάσθητε, ἐδικαιώθητε & 1 *Cor.* X. 2. Εἰς τὸν Μωσὴν ἐβαπτίσαντο: quanquam ſcio aliter explicare Chr. Wolle *diſſ. de V. M.* numero tamen paucae ſunt: & nihil certe frequentius quam confuſio του ι & ει, υ & οι, ε & αι &c. ex ſimili nempe pronunciatione orta: Exempla ſi requiras, dabit Cl. Albert. *Gloſſ. Gr. p.* 110.

Sic

Digitized by Google

Sic Guelpherbytanus, quem dicebam, Codex *Cap.* XI. 2. pro προσευχεσθε, λεγετε, habet προσευχεσθαι, λεγεται; & perinde ac hic, in loco Menandri apud Harpocr. v. Ματρυλειον, οιμωξεται pro οιμωξετε; vid. V. D. ad *Strab. p.* 435. Βρεφος autem hic cum Noſtris non vertendum, *het kindeken*; verum *een kindeken*: quod nimirum σημειου ratio, ut nemo non videt, omnino poſtulat. Ultimis κειμενον κ. λ. in nonnullis ſcriptis libris praemittitur και, quod & quaedam verſiones, inter quas & Vulg., exprimunt: Particula illa non indigemus: Invenerunt ſorte κατακειμενον, quod & hoc uſu venit.

COM. 13. 14.

Πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν θεὸν, καὶ λεγόντων. Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Enallage, στρατιᾶς αἰνούντων, frequens. Conf. *C.* XIX. 37. & *Apoc.* XIX. 14. Exempla των εξω dabit ὁ Πανυ ad *Diod. Sic. L.* II. *C.* 19. Add. *Xenoph.* K. Π. II. 1. Ael. *V. H.* II. 28. επορθησε δε στρατιαν, καὶ εφη προς αὐτους. Λεγειν, ειπειν pro *canere* tralatitium: vid. Cl. Albert. *Obſ. pag.* 186. Add. Heſiod. *Theogon.* 108, 114, 115. Theocr. in *Encom. Ptolemaei*, 17. Τι πρᾶτον καταλεξω? κ. λ. Ael. *V. H.* XII. 64. Joſeph. *Ant. J.* VI. 8. 2. Ex adverſo μελος, ὑμνος de *proſa oratione*: ut docent Ill. Viri Cup.

Obſ. II. 10. Spanh. ad *Jul. pag.* 10. Hebraei ſimiliter אמר uſurpant. Vid. Sheringh. ad *Cod. Joma p.* 4. Adprime convenit illud *Apoc.* V. 9. ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες. De ipſo Angelico hymno diverſae Interpretum ſententiae. Quidam Codd. pro εὐδοκια habent εὐδοκιας: Sic & nonnulli Patres legerunt: Vulg. quoque: *in hominibus bonae voluntatis.* Huc & propendebat Beza noſter, atque ita omnino legendum cenſebat Piſcator: Sic & Al. Morus: Millius quoque in *Proleg. p.* 64. quamvis ad h. l. εὐδοκια pro vera lectione habeat. Adcedit Cl. H. Venema in *Mal. p.* 455. Plurimi tamen Codd. receptae favent lectioni, Verſiones item & Patres: vid. ad h. l. Gomarus, Mill. ac Wetſten. Ἀνθρωποι εὐδοκιας ex ſtilo Hebr. quoque potius ſunt homines, qui bona ſunt voluntate, qui in Deo ſibi complacent; quam homines, quos Deus ſuo favore proſequitur, quomodo noſtri paſſim explicant, & ex parte etiam Cl. Venema, quemadmodum *vir belli*, *vir pacis* dicitur, qui bellicoſus, qui pacificus eſt: Εὐδοκια ita quoque non retinet loquendi formam apud S. S. uſitatam, quo de in ſeqq. Quapropter lectionem vulg. cum plurimis ſervandam puto. Qui has autem partes ſequuntur, nequaquam inter ſe conveniunt. Communior eſt ſententia Ligtfoti, qua ultima, ἐν ἀνθρωποις εὐδοκια, pro *ſubjecto*, ut dicitur, cetera pro *praedicato* habentur: *benevolentia Dei erga homines eſt vel erit* &c. Ita & inter alios Cl. Tillius: Prae ceteris vero hanc ſententiam ornavit doctiſſ. Bynaeus in lib. *de Natali J. C.* Obſtat, non dicam, quod linguae ratio ſic fla-

gi-

gitaſſet, ἡ ἐν ἀνθ. ε.; ſed quod conſtructio tam inſolens & contorta ſit, ut nihil ſupra: neque geminum exemplum adducent, ut puto, Viri docti: quae certe huc admovit doctiſſ. H. van de Wall. in *Bibl. Brem. Cl.* III. *p.* 190. ſeqq., omnino ſunt diſſona. Conf. Cel. Moshem. in *Obſ. S.* Alii poſtrema verba, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, accipiunt pro exegeſi praecedd. ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ut in N. T. ſaepius eadem res parallelis phraſibus repetitur: Ita ab aevo plures, & multi inter recentiores: Vid. Wolf. Sic & J. Vlitius vir eruditiſſ. ad *Gr. Faliſci Cyneg.* p. 482. Verum, praeterquam quod, ut bene notavit Moshem., minus vero ſit ſimile, quod in tam brevi hymno talis interpretatio locum habeat, quae tautologiam fere ſapiat; id quod exegetice additum foret, obſcurius eſſet, quam illud, cujus explicandi cauſa adceſſiſſet. Sunt & eruditi Viri, qui verba capiunt, prout jacent, adeoque tria membra in hoc hymno ſtatuunt: Obſtat, ut videtur, illud καὶ ſecundo membro additum, non tertio, & doxologiae ratio, in qua duo ſolent eſſe membra: quod bene urſit laud. Moshemius. Cujus jam ſuccedat ſententia. Laudes his verbis contineri arbitratur vir acutiſſimus: δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς: quae puncto a reliquis ſejungit, quae jam cauſam continent, ob quam Deo in coelis & terra laudes cani debebant: *Pax inter homines voluntas bona*, Dei nempe. Cl. Alberti in *Obſ.* monet, Lucam, ſi id voluiſſet, ſcripturum potius fuiſſe, ἡ ἐν ἀνθρώποις εἰρήνη: Phraſis quoque eſt obſcurior: Adde & quae Wolf. notavit. Non poſſum quin

hic etiam tangam interpretationem principis Theologi, cujus in me adfectum & merita gratus recordor, J. Weſſelii, *Faſc. Diſſ.* VIII. Jungit ſcilicet θεῳ εν ὑψιστοις και επι γης, atque intelligit Filium Dei θεανθρωπον, Immanuelem, qui qua Deus erat in coelo, & qua homo nunc quoque in terra: Huic Angelorum Chorus hic adprecatur honorem ipſi debitum, δοξα εν ὑψιστοις θεῳ και επι γης· vovetque dein, ut omnia ei proſpere atque feliciter cedant in opere redemtionis praeſtando: Ειρηνη! Senſus egregius! Eſt tamen, quod adſenſum moretur; cum, quod ειρηνη ſic nimis abrupte poſitum; tum, quod Lucas ita potius ſcripſiſſet: θεῳ εν ὑψιστοις, ſi non θεῳ τῳ εν ὑψιστοις, vel τῳ εν ὑψιστοις θεῳ: poſitio certe verborum jam talis eſt, ut εν ὑψιστοις omnino ad δοξα referendum videatur. In alia omnia abit Cl. Heumannus, qui illud και, ante επι γης ειρηνη poſitum, non ad hymnum pertinere cenſet, ſed eſſe ipſius Lucae, qui ita duplex chori coeleſtis votum junxerit: Cecinerunt itaque primo Angeli, δοξα εν ὑψιστοις θεῳ, idque aliquoties repetierunt: Subjunxerunt autem deinde: επι γης ειρηνη, εν ανθρωποις ευδοκια, *in terra ſit pax, inter homines animi requies, gaudium:* Mirifice ſibi in hoc ἐυρηματι placet Vir doctus: Vereor tamen, ut ſit nimis argutum. Το, εν ανθρωποις ευδοκια, ſic quoque exegetice capitur: Divellitur & phraſis in ſacris obvia, qua ευδοκια & ευδοκειν cum particula εν ita jungitur, ut reſtringatur ad illud objectum, cujus mentio fit & quod per iſtam praepoſ. connectitur. Cohaeret omnino εν ανθρωποις ευδοκια, notatque illa phraſis, *benevolentia erga*

erga homines, vel potius *complacentia in hominibus*: Confer quae erudite de hac locutione ſcripſerunt doctiſſimi Viri Crojus *Obſ. in N. T. C.* XXXIV. & Raphel. ad *Matth.* III. 17. Theophylactus explicat per επαναπαυσιν, Chryſoſtomus per καταλλαγην, ut Beza jam monuit: Sic & Cyrill. in Lex. MS. Intelligitur, quod res ipſa docet, ευδοκια *Dei*: quod addere hic nihil adtinebat. Talia plura alibi reperias. Ita v. c. Ignatius in *Ep. ad Epheſ.*, dixit: το ονομα περιφερειν: Hieronymus ad *Eccleſ.* V. 3. ita: „ *Quod autem ait; non eſt voluntas in inſipienti-*
„ *bus: ſubauditur Dei: juxta illud Apoſtoli; &*
„ *utique non fuit voluntas, ut nunc veniret ad*
„ *vos.*„ Locus eſt 1 *Cor.* XVI. 12. Non placet itaque & του Παυλου Marckii ſententia, phraſin εν ανθρωποις ευδοκια explicantis de Chriſto ipſo, inter homines jam exiſtente; neque alterius Viri clariſſimi, qui ευδοκια a ceteris ſeparans per επιφωνημα adjectum cenſet, quae nempe ſit fons & ſcaturigo omnis boni: cujus & expoſitionis meminit Beza. Mitto illos, qui δικαιους τετελειωμενους hic quoque adfuiſſe cenſentes duplicem concipiunt chorum, *Angelorum*, qui cecinerunt: δοξα εν ὑψιστοις θεῳ; & beatorum coelitum, qui ſubjecerunt επι γης ειρηνη: dum uterque conjunctis vocibus dixerit: εν ανθρωποις ευδοκια: vel Angelos in duos potius choros diſpeſcentes, iis duo priora enunciata adſignant, ſpiritibus vero juſtorum conſummatorum ultimum illud, εν ανθρωποις ευδοκια: Hypotheſin, cui haec ſuperſtructa, ad Com. ſeq. examini ſubiiciemus, & ſolido deſtitui fundamento, niſi fallor, demon-

ſtrabimus. Quid itaque? Prae ceteris hactenus adridet Cl. Alberti ſententia, duo hic membra ſtatuentis: prius contentum his verbis: δοξα εν ὑψιστοις θεω και επι γης ειρηνη ſcil. εστω *ſit:* poſterius illis: εν ανθρωποις ευδοκια: prius eſt δοξολογια: poſterius ejus ratio. Ita tamen Cel. Viri ſententiae ſubſcribo, ut primo malim illud επι γης ειρηνη de *pace*, ut vulgo fit, interpretari: Locus *Luc.* XIX. 39. id certe evincere non videtur, quod vult Vir doct. Quis enim dixerit, turbam ita intellexiſſe, ut δοξα & ειρηνη aequipolleant? Matth. habet *C.* XXI. 9. ωσαννα εν τοις ὑψιστοις: ſed demus hoc: nonne omnino vero eſt ſimile, homines iſtos illud *in coelis* addidiſſe, quo ſic ſignificarent δοξαν & ειρηνην, quae dari poterat, maximam? Ita certe ſaepius iſta phraſis venit: Vid. e. g. *Pſ.* XXXVI. 6. Ceterum non male in hanc mentem Hieronymus *Opp. T.* IV. *pag.* 580. „ In coelo, ubi non „ eſt peccatum, gloria eſt, & perpetua laus & „ indefeſſa praeconia. In terra autem, ubi ſe„ ditio, bella atque diſcordiae, pax imprecanda „ eſt.„ Verum ſecundo putem quoque, illud εν ανθρωποις ευδοκια ita pro ratione doxologiae habendum, ut ſimul conſiderari debeat tanquam επιφωνημα adjectum, maxime ad praecedens illud επι γης ειρηνη, quo aliquid majus adhuc exprimat: Non tantum jam pax, cum Deo quoque, in terra vigere debebat, ſed & ſummi Numinis complacentia in hominibus, hominesque viciſſim ejus deliciae eſſe debebant: Conf. loca *Jeſ.* LXII. 4. & *Tzeph.* III. 17.

Ib,

Ib. COM. 15.

Καὶ ἐγένετο, ὡς —— καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον κ. λ.

Sunt homines docti, ut ad *Com.* 13, 14. verbulo monui, qui cum Angelis homines coelitibus post fata adscriptos hic adfuisse, omnino arbitrantur. Inter hos est Vir Cl. mihique amicissimus N. Barkey in *Misc. Gron. T.* II. *fasc.* 1. pl. rev. Clemens *Comm. belg. in Lucam*, & eruditissimus P. Hofstede in docto opere, quod nuperrime lingua patria edidit *P.* I. *p.* 205. *seqq.* Rationes, ob quas ita sentiunt praeclari Viri, hae quidem sunt praecipuae. Spiritus justorum consummatorum nativitatis Domini sine dubio non fuerunt ignari; hanc celebrare ipsorum maxime intererat. Spectat huc omnino locus vexatissimus *Joh.* VIII. 56. Αβραὰμ ὁ πατὴρ κ. λ. Phrasis *exercitus coelestis* non tantum angelos; sed & glorificatos homines admittit. Denique, hic muta interpunctionem, comma post οἱ ἄγγελοι tolle, ac pone post οἱ ἄνθρωποι; & Lucas ipse disertis verbis dicet, cum Angelis hic adfuisse homines: hac tamen parte a ceteris abit doctiss. Clemens. Ego vero cum plerisque Interpretibus aliter sentio: neque aegre ferent, ut puto, humanissimi Viri, si, quae ad haec observanda habeo, materia invitante, paucis proponam. Beatis coelitibus nativitas Domini, ajunt, non fuit incognita: Credo. Pertinet huc

inprimis illud Domini de Abrahamo *Joh.* VIII. 56. Dubito, ſi adtendamus ad phraſin, την ἡμεραν εμην, an illa neceſſario notat *diem Domini natalem?* non videtur: *Dies alicujus* ſtilo S. S. dicit tempus, quod quis elegit, ad *inſigne* aliquod opus perficiendum; aut, quo quis tali opere ſe & gloriam ſuam reddere vult conſpicuam: quemadmodum bene hic obſervavit Cl. Werenfels *Opp. T.* I. *p.* 276. Sic apud Prophetas paſſim *dies Domini* &c. in N. T. ἡμερα Κυριου, ἡμερα Ιησου Χριϛου, ἡμερα του υἱου του ανθρωπου: Conf. *Joh.* II. 4. VII. 6. *Luc.* XVII. 24. Verum forte hic non ſingula verba ſpectanda; ſed videndum, quid tota dictio ſignificet, ἰδειν την ἡμεραν τινος. Atque haec notare videtur, *diem cum aliquo tranſigere:* ita habemus apud Noſtrum *C.* XVII. 22. Ελευσονται ἡμεραι, ὁτε επιθυμησετε μιαν των ἡμερων του υἱου του ανθρωπου ἰδειν, και ουκ οψεσθε: Diceret ita hic Servator, Abrahamum geſtiiſſe diem cum ipſo tranſigere, votique compotem factum gaviſum eſſe &c., reſpiciens ſic veroſimiliter hiſtoriam, quam narrat Moyſes *Gen.* XVIII. quo de forte alias. Sed pergamus. Ergo Abrahamus pluresque Spiritus juſtorum conſummatorum hic Angelis mixti fuerunt; vel, ſi ita placeat, Enochus, Moyſes, & Elias per compendium quaſi e coelo demiſſi, ceteros ſcilicet repraeſentaturi: Verum an hoc juſta collectione inde ſequitur? non video: Notatu certe dignum, ſemel duntaxat legi conſummatos coelites in terris adparuiſſe, atque duos tantum; idque cum ipſo Domino colloquendi cauſa; neque in adſumtis aliunde; ſed

in

in propriis corporibus. Phrasis στρατιας ουρανιου non favet quoque, si quid video, Virorum doctissimorum hypothesi; nam *Angeli*, & *exercitus coelestis Ps* CIII. 20, 21. aliisque locis, ex Orientali stilo, unum sunt idemque. Ad nostrum tandem quod adtinet locum, de eo paulo diligentius agendum. Interpunctionum signa ab auctoribus ipsis non esse profecta, satis constat: migrare itaque licet: neque tamen id temere fieri debet, maxime, cum interpunctio, ut hoc loco, plurium versionum auctoritate nititur, communique veterum sententia firmatur: deinde, producant Viri eruditi, quaeso, vel unum locum, ubi πνευματα δικαιων τετελειωμενων dicuntur ἄνθρωποι: neque vel glorificati homines, Enochus, Moyses, & Elias, ullibi eo nomine designantur: In historia glorificationis Domini in monte, ubi & Angelos adfuisse censet doctiss. Hofstede, non audiunt ανθρωποι, sed ανδρες. Praeterea: mirum certe accidere debet, quod, cum in praecedd. ne γε quidem de hominibus reperias, Lucas hic in fine narrationis scriberet, Angelos non tantum, sed & homines, τους ανθρωπους a pastoribus discessisse: quomodo sane scriberet nemo, qui non jam ante hominum quoque mentionem fecisset. Tandem: Cohaerent ex hac sententia εγενετο & οι ποιμενες ειπον. Verum, si id voluisset S. Scriptor, quod Viri docti censent, scripsisset potius: ειπον οι ποιμενες. Nimirum, si post εγενετο sequitur και, nominativus verbum praecedit; sed, si και omittatur, nominandi casus verbum sequi solet: Prioris constructionis exempla vide,

Marc. II. 15. *Luc.* V. 1, 17. & *C.* VIII. 1, 22. Poſterioris, *Matth.* VII. 28. Και εγενετο, ότε —— εξεπλησσοντο οι οχλοι κ. λ. *Marc.* I. 9. Και εγενετο εν εκειναις ταις ήμεραις, ηλθεν Ιησους *cet.* Apud Noſtrum *C.* I. 41. Και εγενετο, ως —— εσκιρτησε το βρεφος. Et hoc *Cap. Com.* 1. Εγενετο δε εν ταις ήμεραις εκειναις, εξηλθε δογμα κ. λ. *Com.* 6. Εγενετο —— επλησθησαν αι ήμεραι. Vide & *C.* XI. 1. nonnunquam autem nomin. omittitur: ut *Cap.* I. 23. hic *Com.* 46. *C.* VI. 12. *C.* VII. 11. *Matth.* XI. 1. & XIII. 53. Apud nos eadem conſtructio; dicimus enim: *het geſchiedde, als —— dat de Herders zeiden:* (ubi vocula *dat* reſpondet τω και) ſed omiſſa vocula *dat*, non dicimus: *het geſchiedde, als —— de Herders zeiden;* verum, *zeiden de Herders, zo zeiden de Herders.* Quid vero plura? Paſſim Noſter ita ſcribit, ut poſt εγενετο ſequatur και, ut liquet ex exemplis jam adductis: alia dabit Cl. Alberti *Peric. Crit. p.* 15. Vox ανθρωπος, item ανηρ, apud Graecos paſſim πλεοναζει, quemadmodum & *homo* apud Latinos. Herodot. *pag.* 36. νομαδες ανδρες *p.* 481. στρατηγος ανηρ: conf. ad utrumque l. Cl. Weſſeling. *pag.* 182. item ανδρες αγγελοι: Add. Heſiod. *Theog.* ϑ. 95. *Scut. Herc.* ϑ. 214, 303. Eurip. *Hecuba* ϑ. 646. Xenophon κ. π. *L.* II. ανηρ νεανιας, ηγεμονες ανθρωποι: Plura in re nota non addo. Adi Vorſt. Raphel. ad h. l. Voſſ. ad *Caeſ. B. G.* I. 31. 10. & Oudend. ad II. 30. 4. Dicit equidem hic Lucas, non οι ανθρωποι ποιμενες, vel οι ποιμενες ανθρωποι; ſed οι ανθρωποι οι ποιμενες. Articulus

culus abeſſe non poterat, quia jam ante de paſtoribus locutus erat. Articulum repetit: non opus eſt hic obſervare, Atticos ſolere τα αρθρα πλεοναζειν, ut notant Grammatici: Phraſis illa οι ανθρωποι οι ποιμενες ſignificat: *homines* vel *viri illi*, *paſtores ſcilicet*, *paſtores inquam*. Conf. *Lev.* XXIV. 10. ὁ ανθρωπος, ὁ Ισραηλιτης. Ita jam nec neceſſe cum Cl. Tillio oppoſitionem concipere inter Angelos & paſtores. Ceterum nonnulli librarii locutionem, ut videtur, non intelligentes, verba και οι ανθρωποι, male omiſerunt.

Διελθωμεν δη ἑως Βηθλεεμ. Edd. Complut. & Genev. habent: ἑως εις Βηθλεεμ: Atque ita in Codice Guelpherbytano primo Sic & Noſter *C.* XXIV. 50. & *Act.* XXVI. 11. Ita ſaepe οι ο΄: Atque ſic 4 *Reg.* (in ed. Hebr. 2 Reg.) II. 11. pro ανεληφθη Ηλιου —— ως εις τον ουρανον legendum, εως εις τον ουρανον: ut recte habet Ed. Compl. Conf. 1 *Macc.* II. 58. Ηλιας —— ανεληφθη εως εις τον ουρανον.

Ib. COM. 16.

Καὶ ἀνεῦρον.

Nonnulli hanc emphaſin h. verbo ineſſe volunt, ut ſignificet, *diligenter inquiſitum invenerunt*: Ita & Raphel. Habet & Noſter, *Act.* XXI. 4. ubi poſſet explicari per *rurſus invenire*, ut ſaepe ſumitur. Malim tamen, ibi idem eſſe, ac αναζητειν, quod Lucas hic habet *Com.* 44. & *Act.* XI. 25. Nos dicimus, *opzoeken*. Heſych. Ανευ-

Ανευρον εξερευνησοι. Suidas, noſtrum locum in V. ανευρον laudans, notat, praepoſitionem ανα χαριν κοσμου κεισθαι, *ornatus gratia eſſe adpoſitam.* Heſych. item: ανευροντες· εὑροντες. Atque ita & ego intellexerim.

Ib. Com. 17.

Διεγνωρισαν περι κ. λ.

Vulg. *cognoverunt.* Erasmus *pernoverunt.* Beza *divulgaverunt:* atque hoc plurimi ſecuti. Γνωριζειν nempe notat, & *cognoſcere*, & *notificare:* ut exponitur in Gloſſ. Labb. Conf. Suidas: Priori illa ſignificatione habes apud Ael. *V. H.* XIII. 1. *pag.* 848. Ed. noviſſ. Apud Diod. Sic. I. 9. & 31. οἱ γνωριζομενοι-τοποι *nota loca:* γνωσικος & γνωρισικος hinc ſaepe idem: Vid. Cl. Marckl. ad *Maxim. Tyr. pag.* 655. Frequenter & uſurpatur pro *agnoſcere.* Sic pluribus locis Herodianus, & Heliodorus paſſim in *Aethiop.*, maxime *L.* X. ubi plus ſemel eadem pag., cum agit de agnitione Charicleae ex ſignis, quae probabant, eſſe filiam Hydaſpis & Perſinae, quaeque & ibi propria quadam ratione dicuntur γνωρισματα: Vid. v. g. *pag.* 489, 490, 497, 498. ed. Commel. Add. Long. *Paſtor. pag.* 4, 6, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 139, 140, 141, 143, 144, 145, 146. ubi hoc ſenſu non tantum γνωρισματα ſed & γνωριζειν: Refer & huc αναγνωρισμον, cujus ſaepenumero mentio exſtat apud recentiores ſcriptoꝝ.

tores, ut Heliod. aliosque: Hoc enim in Comoedia nova fabularum argumentis largam ſubpeditavit materiam: quod pluribus perſequi non eſt hujus loci: γνωριζειν ita ſpeciatim notat *ex ſignis cognoſcere:* Atque ita διαγνωριζειν hic mihi interpretandum videtur: *ex ſignis cognoverunt de re ipſis dicta.* Quod Com. ſeq. habes, non obſtat, quominus hic ita intelligamus. Tota rei ſeries huc ducit. Dixerat Angelus *Com.* 12. Και τουτο ὑμιν το σημειον κ. λ. Paſtores, ſimul ac Angeli coelum repetiiſſent, nulla mora facta, ſe invicem excitant ad iter capeſſendum, remque omnem oculis uſurpandum. Διελθωμεν δη, inquiunt, ἑως Βηθλεεμ, και ιδωμεν το ῥημα τουτο το γεγονος, ὅ ὁ Κυριος εγνωρισεν ἡμιν. *Videamus verbum* &c. *quod nobis per ſigna cognitum eſſe voluit Dominus:* Perveniunt cito, quo tendunt, & inveniunt Mariam, Joſephum, & το βρεφος κειμενον εν τῃ φατνῃ: Jam ſubjungit Euang. ιδοντες δε διεγνωρισαν περι του ῥηματος του λαληθεντος αυτοις: Nonne hoc aperte reſpicit ad *Com.* 12. & inprimis *Com.* 15.? Atque omnino e re erat hoc notare: Quod autem aliis narraverint, non opus erat expreſſis verbis monere; nemo enim non, Commate ſeq. legens, cunctos qui audiebant, miratos fuiſſe, quae ipſis dicebantur, per ſe id mox intelligebat.

Ib.

Ib. Com. 19.

Συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

Breviſſime ſcribit Lucas, ne bis eadem verba poneret: Τα ρηματα ταυτα non tantum pertinet ad συνετηρει, ſed & ad συμβαλλουσα; hinc & in medio poſita, ut ad utrumque facile referat lector: Sic paſſim elegantiores Graeci: Vid. Cl. L. Bos ad *Act.* II. 3. ubi tamen αυτοις potius ad ſolum verbum ωφθησαν retulerim. *C.* I. 10. εις τον ουρανον, & ad praecedens, & ad ſequens ſpectare, non male forſan dixeris. Ceterum & verba ultima, εν τη καρδια αυτης, cohaerent quidem proxime cum συνετηρει, ut patet ex *Com.* 51.; ſed etiam cum συμβαλλουσα. Verbum hoc tam etymo quam ſignificatione convenit cum Latino *conjicere:* Notat ſaepe aliquid conjectura adſequi, ex ſignis quibusdam notisque aliquid certi colligere: ſigna illa hinc dicta συμβολα: Vid. Ael. *V. H. L.* II. *Cap.* 31. atque ibi Periz. Add. Id. de *Anim. L.* X. *Cap.* 37. ubi noctua dicitur ουκ αγαθον συμβολον: & της ορνιθος το ουδαμη ευσυμβολον: Add. Schol. Ariſt. ad *Plut.* ϒ. 63. Venit & de oraculis interpretandis, ac generalius quoque: Vid. ad h. l. Raphel. Elsner. Alberti, Kypke: Locis ab ipſis laudatis adde, ſi placet, Herodot. *L.* VII. *C.* 57. καιπερ (de prodigio loquitur) ευσυμβλητον εον: ubi ὁ Πανυ Weſſeling. Plato in *Cratylo* non

non longe a principio: Ει ουν πη εχεις συμβαλειν την Κρατυλου μαντειαν: Sic & Heliod. *Aeth. L.* X. aliique. Uſurpatur quoque pro *conferre*, *conparare:* item pro *meditari:* conf. Wolf. in *Curis.* Ceterum nulla eſt de his ſignificationibus, quam hic non adplicant Viri docti: Neſcio tamen, an verbum hic non prima & ſimpliciſſima ſua notione veniat, ſic ut ſignificet, quod Maria illa omnia ſimul animo repoſuerit: confer deriv. συμβολη: *Ezech.* III. 10. πάντας τους λογους, ούς λελαληκα μετα σου, λαβε εις την καρδιάν σου: Hic *Cap.* I. 66. εθεντο εν τη καρδια αύτων. Herodot. dixit βαλλεσθαι & βαλλειν ες θυμον *L.* VII. *C.* 51. *L.* VIII. 68. Alii εν φρεσι βαλλειν, εν φρενος δελτοισι θειναι. Vid. Cl. Valcken. *Anim.* ad *Ammon. p.* 76. & Cl. Alberti ad h. l.

Ib. COM. 20.

Ἐπέστρεψαν.

Ita & *Act.* XV. 36. Noſter tamen frequentius adhibet verbum ὑποστρεφειν: Vid. *C.* XXIII. 56. *Act.* VIII. 28. & XIII. 13. Atque ὑπεστρεψαν hic quoque habent plurimi Codd., inter quos & Guelpherbytanus A. ac praeſtantiores etiam Editiones: Hinc parum abeſt, quin cum Bengelio, Wetſtenio, aliisque, huic lectioni primas deferam.

Ib.

Ib. Com. 21.

Τὸ παιδίον.

Multi, iique vetuſtiſſimi, libri ſcripti habent αυτον: Sic & in pluribus verſionibus expreſſum: Sequuntur & Editiones variae: Nec diſplicet. Eleganter αυτος apud Graecos de hominibus doctrina aut virtute illuſtribus: Sic diſcipuli de praeceptoribus, ſervi de dominis honoris cauſa, unde & pro *Domino:* Reperias & de Diis, quorum ſcilicet nominibus prae reverentia ſaepius non utebantur. Notiſſimum illud αυτος εφα, quod initiandis philoſophiae Pythagoricae omnium inſtar erat, nonnulli ipſi Pythagorae adſcribunt: ut qui videri voluerit arcanos cum Numinibus congreſſus & diſciplinae coeleſtis traditionem habere: Vid. Cel. Bruckerus in eximio opere *Hiſt. Crit. Phil. T.* I. *pag.* 1010. Conf. Suidas in v. Plura ſi vis, adi ſummos Viros, Caſaub. ad *Theophr. Char. p.* 120. & Hemſterhuſ. ad Comici *Plut. p.* 335. Conferre licet Hebr. הוא, quod, quamvis non conſtet inter nomina divina eſſe referendum, inſigniter tamen ſaepe de Deo aut perſona divina uſurpatur: Videre hic juvabit, quae notavit Cl. Alberti *Peric. Crit. p.* 2. Cl. Le Moyne *Not. ad Varia Sacra T.* II. *pag.* 802. Add. & doctiſſ. Kennicien. ad *Cap.* III. 23. Noſtrum αυτος ita plus ſemel a Joanne in Epiſt. priore adhibitum de Deo

Deo Patre & Chriſto. Egregie etiam hoc Cap. *Com.* 38. περι αυτου, praecedente τῳ Κυριῳ.

Ib. COM. 22.

Τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς.

Multi Codd. αὐτῶν: quod non tantum praeferunt Millius, Bengelius, & Wetſtenius; ſed & in textu habent. Placet quoque Wolfio, qui vid. Ego quoque praefero. Habet & praeter alios Cyrillus Hieroſol. *pag.* 364. ed. A. A. Touttée. Hieronymus *Opp. T.* IV. *pag.* 136. *quum expleti eſſent dies purgationis eorum.* Ceterum, cum Graeci *luſtrationes* dicebant καθαρμους, & *luſtrare* καθαιρειν, Judaei Graecienſes, eosque ſecuti S. Scriptores, utramque vocem evitantes, adhibuerunt v. καθαρισμος, & καθαριζειν. Κεκαθαρμενους tantum *Hebr.* X. 2. ubi Wolf. Nonnulli tamen Codd. & ibi habent κεκαθαρισμενους. De lege vero Moſaica, cujus hic mentio fit, Patrum cogitata, ſi lubet, vide apud Theod. Metoch. *Hiſt. Rom. p.* 18. ſeqq. ed. Meurſ.

lb. Com. 25.

Συμεὼν —— προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ.

Συμεὼν. Sunt Viri eruditiſſimi, qui volunt fuiſſe celebrem illum *Rabbi Simeonem*, Gamalielis parentem. Omnino male. Vide praeter Auctores a Wolf. laudatos egregie hic contra Langium diſputantem Wandalinum in *diatribe Hiſtorico-Theol. Synt. Graevii pag.* 264. ſeqq. Non melioris commatis eſt, quod alii volunt, fuiſſe Sacerdotem. Quo fundamento & paſſim Senex audiat, item non liquet. Vid. Loeſcheri *Theol. thetica p.* 370. ſeqq. Προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ. Variis formulis hic Judaei utebantur. Conf. *Com.* 38. & *C.* XXIII. 51. מנחם *conſolator* & inter nomina Meſſiae erat: Vid. Cl. Le Moyne *Diſſ.* ad *Jer.* XXIII. 6. *p.* 32, 33. Male vero Romanae curiae adſeclae volunt, Simeonem cum aliis piis hominibus ardentibus ſuis precibus meruiſſe accelerationem incarnationis Domini. Vid. eximius Vir J. Davenantius *Determin. Quaeſt. Theol. pag.* 68, 69.

lb.

Digitized by Google

Ib. COM. 28.

Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ.

Καὶ αὐτὸς. Illud και hic ſententiam facit rotundiorem. *tunc* ipſe, ut recte Beza. Ἐδέξατο εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ. Uno verbo ἐναγκαλιζεσθαι Marcus *C.* IX. 36. ubi Cl. Elsner. Vid. & hic Pricaeus: Simplex ἀγκαλιζεσθαι plus ſemel reperias: Homerus & ita ἀγκαζεσθαι: Conf. Cl. Alberti ad Heſych. v. Αγκαζοντο. Dion. Halicarn. *Antiq. L.* VII. *pag.* 472. ὑπαγκαλος de puero, qui ulnis geſtabatur. Suid. ὑπἀγκαλιος. Vid. adcuratiſſimus Sylburg. *Not. in Dionyſ. pag.* 51. Eurip. *Troad.* ℣. 752. Ω νεον ὑπαγκαλισμα μητρι φιλτατον. *O tenerum ulnatum geſtamen matri chariſſimum.* De Numeriano egregie Calpurnius ad *Nemeſ.* ℣. 45. —— *maternis* cauſam qui luſit *in ulnis.* Inſigni translatione Comicus in *Ranis* ℣. 716. Την πολιν και ταυτ' εχοντες κυματων εν αγκαλαις: Ubi Schol.

Ib. COM. 29.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα —— ἐν εἰρήνῃ.

Jam ſatis erat vixiſſe. Plin. *Paneg. C.* XXII. *Inde alii ſe ſatis vixiſſe, te viſo, te recepto — praedicabant.* Plura hujusmodi notavit Pricaeus.

Ceterum veteres, inprimis Athenienſes, operam dabant, ut ne mali ominis vocabula uſurparent: ut notavit Helladius *Chreſtom. p.* 22. ed. Meurſ. Hebraeos fuiſſe gentem euphemismi ſtudioſiſſimam, nemini non notum: Exemplum luculentum habemus in locutionibus, quibus *mortem* exprimunt. In hunc cenſum quoque απολυειν, quod hic habemus, referendum. Atque plus una quidem ratione mortem indigitat. Notat ſcilicet *dimittere.* Vid. Diod. Sic. *L.* II. *C.* 3. & Cl. Weſſel. Add. *L.* XIII. *C.* 96. Herodot. *L.* VII. *C.* 53. ubi pro αποξειλας var. lect. απολυσας. Talia multa: Conf. & Elsner. ad *Marc.* VI. 36. Noſter quoque *Act.* IV. 21. & XIII. 3. απολυεσθαι hinc *abire, diſcedere.* Vid. Gatack. ad *Anton. L.* XI. *C.* 3. Add. Plutarchus *de garrul. pag.* 508. αλλ' αχρι της ὁδου προπεμψας, και απολυομενος, ὑγιαινε, ειπεν, ω βασιλευ: & Exc. Valeſ. ex *N. Damaſc. pag.* 437. *Mors* quid aliud niſi diſceſſus e vita? Hinc itaque απολυειν & απολυεσθαι illo ſenſu ſaepe venit: ut pluribus docuerunt Pricaeus, Elsnerus, Rapheſius, Kypke, Gatackerus, aliique: Sic & οι ὁ *Gen.* XV. 2. & *Num.* XX. 29. Απολυσις quoque ſpeciatim de morte. Add. locis ad Antoninum laudatis Diod. Sic. *L.* XVIII. *C.* 48. Alias ita & απερχεσθαι, απιεναι ac ſimilia. V. Elsnerus ad *Matth.* XXVI. 24. Latini perinde. Phaedrus paulo plenius *L.* IV. 19. 16. *abiturus illuc, quo priores abierunt.* Plura dabit Paſſer. ad *Prop.* I. 15, 28. *Dimittere* ita & Stat. *Theb.* VII. 336. Porro: απολυειν creberrime quoque pro *exſolvere vinculis:* unde ad varia transfertur.

tur. Eleganter *Cap.* XIII. 12. ἀπολελυσαι της ασθενειας σου. coll. *Com.* 16. Veteres autem plerique omnes corpus ſpectabant tanquam aliquod animae vinculum ac carcerem, quo nobilior illa hominis pars impediatur, quominus ad felicitatis ſuae originem eſcendat, & emergat. Haec opinio regnat in philoſophia Platonica, eique tota principis Philoſophi moralis doctrina innititur. Hinc ἀπολυειν & ἀπολυεσθαι Platonicis verbum hac in re proprium: atque huc pleraque veterum loca ſpectare monitus facile deprehendes. Avide hanc doctrinam cum ſuis adripiebat Marcion, egregie refutatus ab Origene. Vid. Cl. Kuhnius ad Ael. *V. H. L.* V. *C.* 6. Neque ſatis ab locutionibus minus cautis hic ſe ſaepe temperant doctores Chriſtiani. *Corpus peccati*, de quo Apoſtolus in Epiſtolis, alio ſpectat. Faceſſat ergo hinc, quidquid hujus eſt generis, ea, unde malum pedem huc intulit: longiſſime certe talia remota a mente Viri ſanctiſſimi, Deoque pleni. Simplicior illa, quam notabam, dimittendi ſignificatio melius quadrat. Addi tamen velim, quo penitius mentem optimi Simeonis perſpiciamus, ſpeciatim dominos, inperatores, ducesque ſervos militesque, quos a ſe dimittunt, exauctorantque, dici ἀπολυειν. Gloſſ. Labb. *emeritus*, ἀπολυθεις στρατειας: item *miſſionem emeritus*: Diod. Sic. ita ſaepe. Vid. *L.* II. *C.* 21. *L.* XVII. *C.* 109. Paulo aliter *L.* I. *C.* 36. οἱ δ' ὀχλοι —— ἀπολελυμενοι των εργων, εις ανεσιν τρεπονται. *Vulgus negotiis ruſticis exſolutum feriis indulget:* Sic paſſim. Egregie ita pieque Simeon. Nunc δεσποτα, ὁ!

loco positum εις αποκαλυψιν εθνων, & tum εις δοξαν Ισραηλ? Cogitabam olim, respici ad ultimos dies, quibus ab occidente ad orientem, a gentibus ad Judaeos, lux procedet. Id nunc minus placet. Posset vero, ut videtur, dici, ita scripsisse nostrum, quia αποκαλυψις εθνων princeps erat adventus Domini finis. Est vero aliud quid, quod hic forte observari meretur. Populus Israëlis erat populus Dei; hic jam omnium, qui ex gentibus ad communionem Dei transferrentur, mater foret; gentes ab illis salutari luce inpertirentur, & ad ipsorum lucem confluerent: ut cecinerunt prisci vates. Ita Messias foret εις αποκαλυψιν εθνων, simulque εις δοξαν Ισραηλ. Ceterum luculentissime hinc constat, πνευμα αγιον fuisse επ αυτον, ut dicitur *Com.* 25. nam, ut ante dictum, conversio gentium hac tempestate magnum erat mysterium.

Ib. Com. 35.

Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

Plura hic notarunt Pricaeus, Wolf. Wetllen. Kypke. Atrocissimi dolores, quos mater Domini aliquando subiret, gravius exprimi non poterant. Conf. *Jer.* IV. 10. Non multum abit, verborum tamen granditate inferius, illud Diodori Sic. *L.* XIII. *C.* 58. και καθ' εκαστον των εις ταυτα παρανομηματων οιονει νυγμους εις την ψυ-

ψυχην λαμβανουσαι περιπαθεις εγινοντο: Ubi Cl. Wesseling. hujus loci non oblitus. Conferre quoque licet illud Themistii *Orat.* XXIII. *pag.* 284. A. ουδεις αυτων ἡψατο της ψυχης, ουδε επεγραψε τι του σωματος: cum quo conparari merentur, quae erudite notavit Cl. Valcken. ad Herod. *L.* IV. *pag.* 312. Adde illa Euripidis *Phoeniss.* ℣. 1098. μελανδετον ξιφος Λαιμον διηκε: ubi id. Vir Cel. & ℣. 1406. στερνα Πολυνεικους βιᾳ Διηκε λογχην. Ceterum hic omnia adfectu plena. Maria ad illa, quae dicebat Vir Sanctissimus, obstupescebat. Videns illud orationem directe ad illam convertit: Ne mireris, inquit, beata virgo, quae de tuo hoc foetu praedico; dicam, quae te propius tangunt: σου αυτης· κ. λ.

Ὁπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ. Διαλογισμοὶ passim in malam partem: hic tamen magis generatim intelligendi. Phrasis ὁπως αν αποκαλυφθωσιν εκ π. κ. δ. est praegnans: *ut cogitationes —— retectae in apricum proferantur:* Sic saepe. Christus propheta ille, qui erat venturus, publice, ut dictum Com. praec., constitutus foret (id enim est κεισθαι) in casum & resurrectionem multorum Israëlitarum, quod ita intelligendum; vel ut iisdem personis & causa casus, & causa resurrectionis esset, ut explicuit Origenes. *Opp. T.* III. *p.* 951, 960. ubi egregie docet, nos in conversione prius cadere, quam consurgamus; vel potius, ut aliis esset εις πτωσιν, aliis εις αναστασιν: deinde & in signum (σημειον de homine eximio) cui quovis modo & re & verbis resisteretur. (αντιλεγειν & ανθιστασθαι

a Noſtro ſaepius permutantur.) Ita vero cogitationes, incredulorum maxime, quae hactenus tectae fuerant, revelarentur, & in apricum prodirent; atque ſic larva hypocritis detraheretur.

Ib. Com. 36.

Ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς.

Graeci paſſim dicunt συνοικειν, ειναι συν ανδρι, Ζην μετα ανδρος. Pariter Latini. Ita paſſim in Inſcriptionibus. Sic & in Pandectis. Alibi. Verum his non inmoramur. Addamus, potius nonnulla ad elogium, quo Lucas hic Annam ornat. *Monogamia*, ſcribit Tertull. *exhort. caſtit. C.* XIII. *apud ethnicos in ſummo honore fuit.* Diſcimus ex hoc loco & apud Judaeos fuiſſe. Plerisque eccleſiae Patribus eadem mens fuit. Vid. hic Ill. Grotius & ad 1 *Tim.* III. 1. ubi quoque Wetſten. Add. Cl. Vitringa de *Synag. Vet. L.* III. *P.* I. *C.* IV. Quod ad Graecos, non pauci inter Philoſophos ſeveriores, ſacrorumque Antiſtites, ſecundas nuptias inprobarunt. Ad ſacerdotia paſſim Virgines eligebantur, &, ſi jam mulieres admitterentur, hae erant viduae ferme, aut adactae coelibem in poſterum vitam agere: ut docuit Ill. Spanhem. ad *Callim. in Pall.* ℣. 34. Adde, quae de Athenienſibus ſpeciatim in hanc rem notavit Cl. Weſſeling. ad Pet. *LL. Att. p.* 531. De-

Ro-

Romanis non idem ſentiunt Eruditi: Qui illis ſecundas nuptias indecoras fuiſſe ſtatuunt, erroris coarguit ὁ Παν J. F. Gronovius *diatr. ad Stat. Sylv. p.* 288. inmerito, ut videtur. Vide loca a Viris doctis ante laudatis adlata. In inſcriptionibus Monogamiam frequenter laudatam videas; hinc tituli *virginiae*, *univirae*, & alii plures. Val. Max. quoque diſertis verbis II. 1, 3. *Quae uno contentae matrimonio fuerant, corona pudicitiae honorabantur.* Et, paucis interjectis, *multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimae cujusdam intemperantiae ſignum eſſe credentes.* Ubi & Comm. Ad priſcos Chriſtianos quod adtinet, Monogamiam ſummis tantum non omnes extulerunt laudibus, ſecunda tamen vota non plane pro illicitis habuerunt, id quod contra Montaniſtas, aliosque ejusdem furfuris homines tenuerunt: quod liquet ex inſigni loco Tertull. in libro *de Monogamia C.* 12. ubi notat argumentum, quod orthodoxi contra ejus Montaniſtae partes agentis ſententiam ex 1 *Tim.* III. 2. ducebant; „ Audi, ait, & ſubtiliſſimam „ a contrario argumentationem. Adeo inquiunt, „ permiſit Apoſtolus iterare connubium, ut ſo„ los, qui ſunt in clero, monogamiae jugo „ adſtrinxerit: quod enim quibusdam praeſcri„ bit, id non omnibus praeſcribit. „ Hinc enim certiſſime conſtat, quodnam eccleſiae tunc temporis hac de re judicium fuerit. Non diffitendum tamen, Patres iteratas nuptias paſſim minus probaſſe, quin & nonnullos in eas vehementer fuiſſe invectos. Athenagoras v. c. in *Apol. pro Chriſt.* ſecundas nuptias, vocat ſpecioſum adul-

adulterium: ὁ δευτερος γαμος, inquit, ευπρεπης εστὶ μοιχεια. Sic & alii: bimaritos autem ab episcopatu esse arcendos, una veterum vox fuit. Haec ita paulo distinctius hoc loco enotare operae videbatur. Ceterum conferri hic merentur, quae notavit Cotel. ad *Patr. Apost. T.* I. *p.* 90, 91. & Elmenhorst. ad *Min. Fel. p.* 327, 328.

Ib. Com. 40.

Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι —— καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.

Cum phrasi conferre licet illud Longi *Pastor. p.* 7. Ταυτα τα παιδια ταχυ μαλα ηὐξησε, και καλλος αυτοις εφαινετο κρειττον αγροικιας. Illud πνευματι in nonnullis Codd. non reperitur. Millius huc translatum putat ex *C.* I. 80. Male opinor. πνευμα apud S. Script. saepius de Spiritu S. vid. *Gal.* V. 18. coll. *Rom.* VIII. 14. & ib. *Com.* 25. aliisque ll. Sp. S. in Domino peculiari modo ab ipso utero habitabat. Hinc &, novis identidem incrementis, omni coelesti sapientia perfecte instruebatur, quod indicat illud, quod additur, πληρουμενον σοφιας. Conf. *Jes.* XI. 2. Χαρις θεου non est, quae vulgo dicitur *gratia Dei*, sed gratia, quae Dei munere in dictis, factis, gestibus, item forma, motibusque corporis, ac toto habitu, elucebat summa, ipsumque aliis quam maxime commendabat, eorumque amorem ipsi conciliabat. Χαρις pro *venustate*, & cle-

elegantia tritum. Unum tantum Heſiodi locum hic excitabo, quod emendationem aliquam poſtulet: Θεογον. ϒ. 583. Των, ἄγε πολλ' ενεθηκε (ſic enim legendum, & diſtinguendum videtur) χαρις δ' ελαμπετο πολλη. Speciatim vero etiam ſaepe adhibetur, quemadmodum hoc loco: Vid. prae ceteris Raphel. Adde quod ex Dion. Halicarn. habes apud Suidam in v. Μαρκιος: ubi inter alia, quae Deus viro praeſtantiſſimo negaverat, quoque recenſetur ἡ παντα τα ανθρωπινα επικοσμουσα χαρις. Ceterum & de Joanne ſcribebat Noſter: ηυξανε και εκραταιουτο πνευματι; verum hic addit, πληρουμενον σοφιας, quod quamvis pro ratione aetatis intelligendum, tamen quid homine majus dicit: ut bene Origenes *Opp. T.* III. *p.* 353, 354. Adcedit etiam, και χαρις *cet.* Conf. quae notamus ad Com. 52.

Ib. COM. 44.

Ἐν τῇ συνοδίᾳ.

Suidas Συνοδεια· το μετα τινος συμπεριπατειν. Συνωδια δε ἡ ψαλμωδια. Ita Cl. Kuſterus edidit. „ Συνοδεια. Sic rectius, inquit ὁ Παυ, „ MS. A. quam priores Edd., quae habent συ„ νοδια per ι. Eſt enim a συνοδευω.„. Sic eſt. Verum an ideo legendum συνοδεια? Non videtur. Vox συνοδια aeque bona ac συνοδεια. Habes plus ſemel apud Strabonem, aliosque. Vide praeter Raphel. & Wetſten. ad h. l. Cl. L. Bos *Anim. ad Script. Gr. p.* 187. qui & bene mo-

monuit, v. συνοδια κατ' αναλογιαν descendere a συνοδος: ut ab εξοδος est εξοδια, ab ενοδος, ενοδια, ab εφοδος, εφοδια, a μιξοδος, μιξοδια & quae hujus generis plura. In enunciatione vero ι & ει nihil discrepabant, ut Scaliger ad Ausonium, aliique monuerunt, unde librarii passim confundunt, maxime in hujusmodi vocibus. Ita MSS. in Thucyd., Xenophonte, aliisque passim στρατειαν & στρατιὰν permiscent. Apud Isocrat. habes *Paneg. pag.* 69. επισπευδειν την στρατιὰν pro στρατειαν, *accelerare expeditionem:* sic & alibi. Apud Lucian. *T.* II. *p* 236: στρατειᾳ pro στρατιᾷ, quod bene substituit Solanus, & in ed. sua expressit Cl. Reitz. Aliis ll. ex adverso accidit. Verum haec & alia jam mitto. Sunt autem Viri docti, qui arbitrantur, Scriptores ipsos alterum pro altero saepius posuisse: ita Cl. Sallierius ad *Thom. p.* 742. rejicit discrimen, quod Suidas observat inter προνομειαν & προνομιαν. Habes apud Diod. Sic. *L.* XX. *C.* 16. ἡ κατα συνηθες ἐφοδία pro εφοδεια. Cl. Wessel. ad eum locum haec notat. „ Εφοδία, Hesychii verba „ sunt opportuna, το επιεναι τας φυλακας τον „ αρχοντα. Saepe inde εφοδευσαι, & εφοδειαν „ sive εφοδιαν de circitoribus, qui vigilias circumeunt, rei militaris scriptores —— usurpant. „ Nimirum constans linguae ratio docet, utramque terminationem esse distinguendam. Illa in εια sequitur formam normamque verbi in ευω, a qua descendit: Quae in ια desinit, est proprie adj. foem. substantive positum. Sic ἁλιεια, quod & ἁλεια dicitur ab ἁλιευω, est ἡ αγρευσις *piscatio*, ut bene Suidas.

Vid.

Vid. L. Bos *Anim.* & Hemſterhuſ. *Obſ. Miſc. Vol.* VI. *p.* 339. στρατεια eſt *expeditio militaris*, ὑδρεία *aquatio* &c. στρατια vero notat *exercitum*, ὑδρια *vas aquarium* &c. Neque tamen praefracte negaverim, hoc diſcrimen aliquando a ſcriptoribus minus accuratis fuiſſe neglectum. Ammonius, poſtquam differentiam inter στρατειαν & στρατιαν tradiderat, ſubjungit, εναλλασσει δε πολλακις εν τῃ χρησει, quod quidem ita generaliter enunciatum tantummodo verum eſt de Codd. ſcriptis, & primis Edd., forte tamen & ad Scriptores ipſos quadantenus pertinet. Συνοδια & συνοδειαι ex linguae genio omnino ſeparanda: συνοδια eſt ſodalitas a pluribus inſtituta ad iter faciendum: συνοδειαι eſt ipſe actus, qui verbo συνοδευειν exprimitur: Το μετα τινος συμπεριπατειν eſt itaque, ſi rem recte putes, interpretatio του συνοδειαι; atque eatenus Cl. Kuſter. hic bene pro συνοδια, συνοδειαι, ut apud Heſych. pro εφοδια, εφοδειαι, ſubſtituiſſe, diceres: Verum Suidas illud diſcrimen jam non obſervaſſe videtur. Scripſiſſe enim hic συνοδία, liquere puto ex eo, quod addit: συνῳδια δε ἡ ψαλμῳδια. Ceterum de v. προνομια & προνομεια, de qua paulo ante dictum, vide quae ſcripſit Pierſ. ad *Moer. p.* 304.

Ib.

Ib. Com. 46.

Ἐν τῷ ἱερῷ.

Non de templo ipso intelligendum: Vid. Wolf. & quos laudat. Notandum discrimen inter ναον & ἱερον. ἱερον significat τεμενος, totam aream Deo consecratam, usibusque humanis exemtam: ναος ipsum fanum vel templi aedificium: Vid. omnino Cl. Valcken. ad Herod. VI. 19. & quem ibi laudat, Dukerus. Saepe quidem hoc discrimen non observatur; sed h. l. ἱερον ita capiendum esse, certissime constat.

Ib. Com. 52.

Προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

De v. προκοπτειν, & quae inde descendit, προκοπη, qua Apostolus usus, multa Graevius, Elsnerus, Jensius, aliique. Quibus adde Conm. ad *Thom. M.* in v. & Cl. Wesseling. ad *Diod. Sic. T.* II. *p.* 551. Notus Plutarchi lib. quem inscripsit: πως αν τις αισθοιτο ἑαυτου προκοπτοντος επ' αρετῃ. Glossae nomicae προμόται· προπορευομενοι, και ὑψικευοντες, ἢ προκοπτοντες (sic enim legendum) και προβιβαζομενοι εν αξιωμασι: Et *pag.* 33. την περιφεκτησιαν l. περφεκτησιαν· την πρε-

προκοπην. Ηλικια notat *ſtaturam*, & *aetatem*, maxime *juvenilem*, quemadmodum ſic apud Thucydid. οἱ εν τῃ ἡλικιᾳ, qui ſunt in flore aetatis, & Dion. Halic. *L.* IX. *Ant. p.* 580. refert, quod Romae olim νομος ἠναγκαζε τους εν ἡλικιᾳ γαμειν. Notiſſima haec. Vide, ſi tanti ſit, Alberti *Obſ. pag.* 58. & Wolf. ad *Matth.* VI. 27. Quaeritur, quomodo hic capiendum ſit. Utrumque forte Lucas ob oculos habuit. Si de *aetate* cogites, non male conferas illud Aeſchin. *Dial. p.* 58. σπεισδαν εις την ἡλικιαν ταχιστα ἀφικωνται τοῦ ἤδη φρονειν. De *ſtatura* tamen inprimis intelligendum. De aetate ſcilicet id minus opus erat monere; quam de ſtatura, quae gratiam & decus addit: unde opportune additum, και χαριτι κ. λ. Ita Dominus, quoad corpus ἡλικιᾳ, quoad animam σοφιᾳ, procedebat. Verum quomodo hoc intelligemus? An in ſapientia proficiebat absque uſu mediorum? Eodem propemodum jure, εμοιγε κριτῃ, quaeſiveris, an ſtatura proceſſerit absque eſu & potu? Diſcrimen, quod hic inter Dominum nudosque homines ſtatuendum videtur, eſt, non quod nullo plane labore & ſtudio; ſed, quod absque multo labore & ſtudio longe maximos, intra breve temporis ſpatium, fecerit progreſſus, ſummumque pro ratione aetatis ſapientiae culmen adtigerit: quod, cum ex unione perſonali, tum ex ſupernaturalibus inhabitantis Sp. S. donis maxime derivandum videtur. Conf. quae habet doctiſſ. Kalinsky in egregio opere *Obſ. Hiſtorico-Phil. pag.* 399. Ad ultima, παρα θεῳ και ανθρωποις, quae ad v. χαριτι tantum retulerim, plura dabunt Pri-

caeus ad h. l. & Alberti *Peric. Crit. pag.* 42, 43. Ineſſe videtur aliquid παροιμιωδες. Adde, ſi placet, ll. a viris doctis laudatis, Salluſt. *Catil.* XV. *Diis hominibusque* infeſtus. Flor. *L.* II. *C.* VI. 43. dignum omnium favore, & admiratione *hominum ac Deorum*, & Duker. Tull. *ad Q. Fratrem L.* II. *Ep.* IV. *Diis hominibusque plaudentibus.* Vide & *L.* III. *Ep.* I. Ovid. *Am.* I. 2, 37. Liv. *L.* XXX. *C.* 20. Heſiod. Θεογ. ϒ. 197, 272. Manetho *Apotel.* IV. 15. Ασης, ὁν φαινοντα θεοι μεροπες τε καλουσιν. Sed exemplorum in re nota plus ſatis.

CAPUT TERTIUM.

Com. 1.

Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Π. τ. Ι.

A quo termino hic decimus quintus Tiberii annus repetendus ſit, & quomodo hi XV. anni computandi ſint, non ſatis conſtat. Vid. quae notarunt Viri magni Weſſeling. ad *Simſ. Chron. p.* 1599. & Erneſti *Inſtit. interpr. N. T. pag.* 205. Pro της ἡγεμονιας nonnullos Codd. habere της βασιλειας, monuit Harduinus, qui tamen illam lectionem rejicit, quod Tiberius non fuerit βασιλευς, & Plinius eum in Panegyrico ſuo non *Regem* ſed *Principem* adpellet. Qui-

Quinam isti Codd. sint, cum Wolfio nescimus. Neque tamen male sic scripsisset Lucas. Imperatores enim Graecis sexcenties dicti βασιλεις, eorumque potestas, βασιλεια. Sic v. g. Commodus apud Herodian. I. 5. ὁμου δε με ειδεν ἡλιος ανθρωπον και βασιλεα, *imperatorem*. Ita alii passim. Glossae verb. juris *p.* 28. περιγιψ. αὐτοκρατωρ, βασιλευς, αρχων, πρωτευων. Enimvero nomen βασιλευς apud Graecos non tam odiosum erat, quam apud Romanos *rex*. - Archontes Athenienses perpetui, quin & decennales, iis saepius audiunt βασιλεις. Vid. Cl. Periz. ad Ael. *V. H. L.* V. *C.* XIII. *pag.* 417. Imo & Latini ipsi post primi & secundi seculi Imperatores, iis non raro nomen *Regum* dederunt, atque eorum ditioni nomen *regni*: ut ad Lactantium *de mortibus persec.* variis ll. monuerunt Viri docti. Ceterum in numis titulus βασιλεως non competit Imperatoribus datus ante Antoninum Caracallam, si recesseris a numo habente, Κομοδου βασιλευοντος ὁ κοσμος ευτυχει; βασιλευοντος tamen mitius, quam βασιλεως: Vid. *Obs. Misc. Vol.* VII. *pag.* 92. Sed haec εν παροδω. Ceterum lectio recepta absque dubio retinenda. Pro ἡγεμονευοντος in nonnullis libris scriptis habes, επιτροπευοντος. Ita quoque Eusebius, sed qui sibi non constat. Est certe glossa, ut recte Mill. aliique observarunt. Verbum autem ἡγεμονευειν est πολυσημον. Notat saepe praeesse, & principem locum quocumque modo vel titulo obtinere: Sic apud Herod. VII. 160. κατα θαλασσαν ἡγεμονευειν: & *L.* IX. *C.* 26. ἡγεμονευειν & αρχειν bis permutat. Utrumque passim qui-

dem de *praesidibus provinciarum*: vid. ὁ Πανὺ Valesi. *Emend. p.* 64. & ad eum Cl. P. Burm. *p.* 225. tamen & de *procuratoribus*, qualis erat Pilatus: ut docuit Ill. Grot. ad *Matth.* XXVII. 2. & Kypke ad *h. l.* Sequitur καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος. Dissentiunt Viri eruditi, unde vox τετραρχία sit repetenda: ex Galatia, putabat Grotius, ex Thessalia alii, inter quos Kypke; atque hi quidem recte. Adde locis a Kypkio notatis Harpocration. in v. De Galatiae tetrarchia lege Strabon. *L.* XII. *pag.* 851. Olim & dicebant τετραδαρχίαν, ut disces ex Valesi. ad *Harpocr. p.* 74. Sed magna hic est difficultas. Lysaniae nostri nulla fit mentio apud Josephum, nulla apud Dionem, aliosque historicos. Valesi jam saepius laudatus, expuncta voce τετραρχοῦντος, legit καὶ τῆς Λυσανίου ἀβιληνῆς, ad *Eusеb. H. Eccl.* I. 10. *p.* 16. Ita locus planissimus. Verum obstant Codd. Neque hac emendatione opus, ut praeclare docuit F. Burmannus P. in *harm. Euang. pag.* 302. seqq. apud quem & *p.* 333. seq. rationes reperies, ob quas divinus scriptor hoc addiderit. Conf. & Casaubon. *Exerc. Anti-Bar.* XIII. 3. & Fr. Spanhem. *Geogr. S. Opp. T.* I. *pag.* 43.

Digitized by Google

Ib. COM. 2.

Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα.

Neſcio, cur Wetſten., aliique, hic praeferant ἀρχιερέως. Sic quidem varii MSS., ut & Euſeb. *H. E.* I. 10. qui & hinc male explicat; ſed vulgata lectio omnino potior. Ceterum, quemadmodum Romana Chronologia tenebatur deſignatione Conſulum, & Archontum mentio apud Graecos maxime ad definiendas temporum rationes referebatur; ſic & Judaei tempora computabant per Pontifices M., diligenter hinc notatos a Joſepho. Hunc morem ſequitur Lucas. Verum quomodo hic duos uno eodemque tempore memorat ἀρχιερεις? Voces ἀρχιερευς & ἱερευς promiſcue ſaepenumero uſurpari, atque ex adjunctis diſcernendum, num de Pont. M. ſermo ſit, an ſecus, egregie docuit Cl. J. B. Carpzovius *S. Exerc. in Ep. ad Hebr. pag.* 210. *ſeq.* ubi & hanc difficultatem inde facile expediri poſſe, arbitratur. Quid Scaligeri, Caſauboni, aliique magni Viri velint, ex Wolf. diſces. Vero ſimillima mihi videtur illorum ſententia, qui cenſent, Cajapham fuiſſe Pontificem maximum, Annam vero ex Pontifice, virum ſummae auctoritatis, & ſi jam non in propria perſona, at in filiis tamen generisque perpetuum quendam quaſi Pontificem. Conf. Valeſ. ad Euſ. *H. E. pag.* 16.

Ib. Com. 4.

Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἑτοιμάσατε κ. λ.

Βοᾶν hic idem ac κηρυσσειν. Homer. *Il.* β. ϒ. 97. κηρυκες βοοωντες. Κηρυξ μεγαλοφωνοτατος habes apud Diod. Sic. *L.* XI. *C.* 34. Qui maxima voce utebantur, a Graecis dicebantur μεγα βοαν, αναβοαν, αναφωνησαι, ανακηρυττειν, &c. Εν τῃ ερημῳ ad το φωνη βοωντος maxime pertinet: במדבר tamen apud Prophetam ad ſeqq. refertur. Forte & apud Jeſaiam & hic ad utrumque non male retuleris: Conf. not. ad *C.* II. 19. Ceterum vid. hic Clem. Alex. *Admon. ad Gentes pag.* 6. ed. *Sylb.*

Ib. Com. 5.

Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται.

Gloſſ. Lat.-Gr. Vallis, φαραγξ, και κοιλας; ita enim cum Vulc. legendum. Heſych. Φαραγξι· κοιλασι. Φαραγξ proprie *labes & hiatus terrae.* Egregie Schol. ad *Comici Equit.* ϒ. 248. Φαραγξ δε, το αποσχισμα της γης, ὅ το παρεμπιπτον ὑδωρ πινει. Illud το αποσχισμα ad originem pertinet: Φαρω enim antiquitus notavit *ſcindere*, *abſcindere*, quae nativa virtus ſe quoque praebet in Φαρυγξ *guttur* &c. de quo ad Thom. v. λαρυγξ, & in Φαρσος *portio* apud Hero-

rodot. item *involucrum*, quod & φαρος: utrumque proprie *ruptura*, *fruſtum diſciſſum*, unde olim dicebant φαρος vel φαρσος ιστιτος, deinceps vero ſimpliciter φαρος, φαρσος, quod, quemadmodum ῥακος, atque plura talia, procedente tempore, latius uſurpatum: Conf. quae de h. v. habet Ill. Cup. *Obſ. L.* II. *C.* 9. Vide & ad Heſych. v. φαρσος. Adde & φαρουν, φαρωσαι: quae jam pluribus perſequi non vacat. Idem Grammaticorum ocellus Αγκεα· κοιλους τοπους και Φαραγγωδεις. Pro αγκη male alibi apud Ariſtotelem in ed. Erasmi αγγη: vid. *T.* I. *p.* 542. praecedit v. βησσαι. Heſiodus αγκεα βησσηεντα. Eximie itaque, ut ad noſtrum locum veniamus, πασα φαραγξ πληρωθησεται: *omnis hiatus terrae inplebitur, inplendoque conplanabitur.* E diametro oppoſitum, quod ſequitur: και πᾶν ὄρος και βουνὸς ταπεινωθήσεται. De v. βουνος plura Wetſten. ſed lege inprimis, quae erudite, more ſuo, notavit Cl. Valcken. ad *Herodot. L.* IV. *C.* 158. Conferendus autem hic omnino egregius locus Strab. *L.* V. *pag.* 360. A. ἐῤῥωσαν δε και τας κατα την χωραν ὁδους, προσθεντες ἐκκοπας τε λοφων, και ἐγχωσεις κοιλαδων. *itaque & per regiones itinera ſtraverunt, colles exciderunt, & cavitates, ingeſta materia, complanaverunt:* ubi & Caſaubonus noſtrum contulit. Additur: και ἔσαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐθειαν, και αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδους λειας. Quoad phraſin conf. iterum Strabo *L.* V. *p.* 382. C. ubi ſcripti libri habent, και τοινυν εις κωμας γεγονασιν αἱ πολεις: atque ibi etiam ὁ Πανυ. Prius apud Vatem ita ſe habet: והיה העקב למישור: *& erit lama-*

ſum, ut optime Coccejus, *in complanationem.* Poſterius ſic והרכסים לבקעה *& ſalebroſa in convallem:* בקעה *convallis* &c. *a findendo.* Vid. Vir ſummus ad *Harir. Conſ.* V. *p.* 137, 138. Ceterum ad haec reſpexit Sedulius *L.* IV. *Carm. Paſch.* initio, de Deo canens.

—— —— *Cui prona facultas*
Ardua planare, & curva in directa referre.

Ad ſublimiorem hujus loci conſpectum facit, quod & Graeci figuraverint ὄρος ψυχῆς, ad mentis elationem denotandam, item ῥήματα ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, ut eſt apud Comicum in *Ranis.* Φαραγξ ita pingit homines vilioris conditionis, maxime qui animo ſunt demiſſi, demerſi gementesque ſub gravi peccatorum onere. *Mons* ex adverſo quidquid in mundo eſt excelſum, quidquid ſe ſupra modum effert, ſapientia, juſtitia carnalis, &c. *lamoſa* & *ſalebroſa* ſiſtunt nobis cor lacunis interciſum, fraudibus, dolis artibusque djabolicis plenum, ut elegantiſſime Jeremias *C.* XVII. 9. Quae jam pro inſtituti ratione ſufficiunt.

Ib. Com. 6.

Ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

Τὸ σωτηρίον τοῦ Θεοῦ eſt ipſe Σωτὴρ, princeps & auctor ſalutis, deinde ipſa ſalus ab eo procurata. Conf. *C.* II. 30. Ὄπτεσθαι hic egregie

gie & proprie & inproprie. Apud Jeſaiam habes: *& videbunt omnis caro ſimul*, ſupple, *gloriam Dei*, quae olim in ſacratiſſimo loco inter Cherubinorum alas reſidebat: Haec ſcilicet, Deo thronum in toto qua late patet orbe erigente, jam ubicunque gentium terrarumque, remoto omni velo, ſeſe conſpiciendam daret. Cetera huc non pertinent; vertenda enim, ut Cl. Vitr. cum aliis monuit: *nam os Jeh. locutum eſt.*

Ib. COM. 7.

Τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις.

Matth. C. III. 7. Ἰδων δε πολλους των Φαρισαιων και Σαδδουκαιων ερχομενους κ λ. Nimirum, *Phariſaeorum* & *Sadducaeorum* nomine, non tantum in Euang. veniunt doctores, ut vulgaris fert opinio; ſed & diſcipuli, omnesque, qui ipſorum doctrinam, mores & inſtituta ſequebantur. Ita certe hoc loco venire, nemo facile dubitet. Γεννήματα ἐχιδνῶν. Plura ad hanc phraſin notavit Pricaeus, cum ad Matth., tum h. l. Opportune Grotius contulit illud Sophoclis: δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα: exſtat *Trachin.* ℣. 1115. Eſt &, ut bene addidit, in proverbio: κακου κοραξ κακον ωον. Ineſt certe huic locutioni aliquid proverbiale, quod minus animadverſum fefellit virum doctiſſ. J. C. Bonnet *Bibl. Brem. nova Cl.* III. *faſc.* 1. *pag.* 165. ſeqq. Iſidorus Peluſiota cenſebat, Joannem ita voluiſſe indica-

re, ipſos πονηρων γονεων κυημαϛα πονηροϛερα; φαϛε γαρ, inquit, τουϛι το θηριον κατεσθιειν την μητρωαν νηδυν εν τω αποϛιϰτεσθαι. Verum hac in re matribus ſimiles tantum ſunt pulli, non pejores. *Serpens* & *Vipera* ſaepe de iis dicitur, qui benefacientes ſibi laedunt. Vid. ὁ Πανυ Burm. ad *Phaedr. L.* IV. *Fab.* XVIII. 2. ubi & hunc locum notare non neglexit. Parentes ipſorum ingrati erant erga Deum, tales & ipſi erant: neque tantum parentes; ſed & doctores, quos maxime hic tangi putem. Iſti mortalium ingratiſſimi, την βουλην του θεου αθετουντες εις ἑαυτους, eo quod baptismum Joannis non ſuſciperent. His ſimiles cum hi forent, mira res, quod ad baptismum ipſius adcederent. Hinc Joannes admirabundus rogat: τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν ϰ. λ. *quis exemplum vobis praeiit?* &c. Verbum ſcil. ὑποδειξαι ſpeciatim adhibetur de magiſtris diſcipulis exemplum, quod exprimant, praebentibus. Agnoſcit ita Vir ſanctiſſimus, atque adorat divinam manum, qua, nemine fere interveniente, permoti fuerant iſti homines, ut tam frequentes ad ipſum adcederent baptizandi, quo ſic ipſorum animi praepararentur ad illuſtrem adparitionem Domini. Ceterum, licet in phraſi noſtra alia etiam, quam illud ingrati animi, notare vitia: quod quisque per ſe intelligit. Neque opus hic monere, in omnibus omnino linguis homines cum animantibus conparari: quo de legiſſe non poenitebit, quae habet C. Gesnerus *Proleg. in Ael. Hiſt. Anim. p.* 7. & ſeq. ubi & adpoſitum hic Euripidis locum notatum reperies.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 10.

Τί οὖν ποιήσομεν.

Plures Codd. hic & in ſeqq. habent ποιησωμεν: ο & ω paſſim confuſa, etiam in noſtris libris. Ita v. c. *Rom.* III. 9. Τι ουν προεχομεθα; Alex. Cod. προεχωμεθα, quod praeferendum, de quo alias. *C.* VIII. 26. προσευξωμεθα: Alii Codd. habent προσευξομεθα. *Hebr.* IV. 3. εισερχομεθα: Alii εισερχωμεθα. Sic alibi. Hic praeſtat vulg. lectio. Conf. *Act.* II. 37. & *Act.* XVI. 30. ubi τι με δει ποιειν, addito: ινα σωθω: atque ita & hic Cod. Cantabr. habet τι — ινα σωθωμεν.

Ib. COM. 13. 14.

Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε κ. λ.

De uſu verbi πρασσειν h. l. praeter Salmaſium, Boſium, aliosque Wolfio laudatos, Wetſten. & Kypke, vide etiam *Obſ. Miſc. Vol.* VI. *pag.* 589, 590. Conſtruitur ita, vel cum duplici accuſ., vel dicitur πραττειν τὶ παρὰ τινὸς. Vid. Ael. *V. H. L.* VIII. *C.* 18. & *L.* XIV. *C.* 35. Thucyd. *L.* IV. *C.* 65. Diod. Sic. *L.* XIII. *C.* 40. Alia prudens omitto. Lat. ſic *perficere*. Plaut. *Aſin.* I. 1. *perficito argentum hodie*,

Digitized by Google

die, ut habeat filius. Διατεταγμένον, quod publica auctoritate constitutum: ut docuit Salm. Notissimae διαταξεις βασιλικαι *Imperiales Constitutiones & διαταγματα edicta* in *Gloss. Nomicis*, alibi. Τασσειν speciatim de *pecunia*, itemque de *vectigalibus*. Vid. Cl. Duker. ad Thucyd. *L.* III. *C.* 70. Add. *L.* IV. *C.* 65. Ita plus semel apud Isocratem. v. c. in *Paneg.* φορων ενιους τεττοντες, &c. Diod. Sic. *L.* XI. *C.* 47. ταξαι φορον ταις πολεσι πασαις κατα δυναμιν: & paulo post: ταχθεις δε επι την διαταξιν των φορων. Cum Com. seq. confer, quod Josephus habet in *Vita sua Opp. T.* II. *pag.* 23. ubi de se refert, quod copiis consilium dedisset, προς μηδενα μητε πολεμειν μητε αρπαγη λαμβανειν τας χωρας, αλλα σκηνουν κατα το πεδιον αρκουμενους τοις εαυτων εφοδιοις. Insigne quoque apud ipsum habes de Baptista testimonium *Antiq. J. L.* XVIII. *C.* 5. Discant interim ex praeced. Com. 11. & ex his duobus Comm. omnes, quibus animarum cura incumbit, ut cum publice tum privatim homines nomen Christi professos serio admoneant, evitent vitia, quibus suo singuli loco maxime sint obnoxii; eaque sedulo praestent, quae officium munus vitaeque ratio postulent: quo sic ferant fructus αξιους της μετανοιας.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 16.

Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

Multa de h. l. Bynaeus *libr. de calc. Hebr.* aliique Wolfio laudati. Lectu prae ceteris digna epistola Photii CXXXIII. ubi praeter propriam verborum explicationem & varias quas dicunt anagogicas reperies. Quod vero hic est λυσαι τον ἱμαντα των ὑποδηματων, apud Matth. est τα ὑποδηματα βασασαι: de quo vid. Cl. Abresch *Adnot.* ad calcem *Anim. ad Aesch. pag.* 536. Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ. Αὐτὸς signate hic positum. Conf. not. ad *C.* II. 21. & Pricaeus. Voces καὶ πυρὶ hic agnoscunt omnes Codd., non item apud Matthaeum, ubi & Mill. in *Proleg.* expungendas censet, in Notis tamen recte pro genuinis habens. Vid. Wolf. Variant, quod notum, Interpretum sententiae de phrasi ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ. Vide quos laudat Vir doctus, & adde Cl. Iken. *Diss. Philol. Theol.* XIX. & Cl. Alberti *Obs. p.* 15. seq. Mihi adhucdum placet hendiadys. Quod alii per additum καὶ πυρὶ significatum volunt, Com. seq. alio emblemate exponitur. Optime Chrysost. *Homil.* XI. Joannem his verbis indicasse τὸ δαψιλες, καὶ τὸ σφοδρον, καὶ ακαθεκτον της χαριτος.

Ib.

Ib. Com. 17.

Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἄλωνα αὐτοῦ· καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

Pro διακαθαριζειν Graeci dicunt διακαθαιρειν, αποκαθαιρειν, καθαιρειν, λικμᾶν. Vid. Cl. Schoettgen. *Antiquit. triturae* &c. *pag.* 60, 61. *Area* in communi L. Gr. dicebatur ἄλων, unde hic ἄλωνα, quod & habent οἱ ὁ; apud Atticos ἅλως. Heſiodus docet Εργ. *L.* II. ϒ. 599. triturам fieri debere εν χωρῳ ευαετι *in loco ventis expoſito.* Idem tradit Varro *R. R. L.* I. *C.* 41. *Aream eſſe oportet in agro ſublimiori loco, qua perflare poſſit ventus.* Vid. alia l. c. *pag.* 6. ſeq. *Vannus* autem adhibita, quia venti acum a frumento ſegregare non poterant. Exſtat egregius in hanc rem locus apud Oppianum Halieut. *L.* IV. ϒ. 497. & ſeqq. ubi & vid. Rittershuſ. Συνάγειν eſt quod Latini, Horatius *L.* I. *Ep.* 2. Columella, aliique dicunt *conportare.* Heſych. αποτιθεται· συνάγει εις τας αποθηκας. Pollux *L.* I. *Segm.* 225. συναγαγειν τους καρπους. Graeci tamen frequentius hic adhibent συγκομιζειν. Ad v. αχυρον conf. Suid. in v. αχυρμιαι, item Heſych., nec non in v. αχυρος Ad ſenſum vero quod adtinet, diverſae hic ſunt Interpretum ſententiae. Cl. Elsnero non alienum videtur, per

pa-

paleas intelligere vitiorum ſordes, a quibus purgandi ſint electi: in quam mentem conferre operae erit, quae *de myſtica vanno* erudite notavit doctiſſ. P. Nieuwland in *Lection. Memorab.* quas nuper edidit *P.* I. *pag.* 115. ſeqq. Recte tamen hanc interpretationem rejecit Cl. Kypke. Schoettg. l. c. *pag.* 71. ita explicat: Servatorem tempore adventus ſui talem fore perſonam, quae facili negotio falſos Chriſtianos a veris poſſet diſcernere &c. Non male. Aliquid ſpecialius tamen cum plurimis notari cenſuerim. Paucis dicam, quod mihi videtur. Ubi *area* in S. L. occurrit, ſemper magnum aliquod judicium & graviſſimus exitus notatur. Nunquam area ſine meſſe: meſſem antecedit tempus ſativum; tempus item, quo ſeges ad maturitatem perveniat: hoc cum inpletum eſt, datur meſſis: nullum frumentum ſine paleis, quae itaque ventilabro divino ſecernendae, ignique deinceps tradendae, dum frumentum in loca tuta conportatur. Habes ita aream; & ubicumque Deus tale judicium exercet, area eſt. Sic totus qua late patet orbis die noviſſimo erit area Dei. In his terris exſtat area, ubicumque habes regionem, gentemve, quae a Deo per tempus ſatis magnum inſignibus beneficiis mactata tandem in falcem mittitur, & graviorem excuſſionem, ut ita dicam, patitur. Non ſatis hoc ſemper obſervatum: neque a Viro in verbo prophetico, ſi quisquam alius, exercitatiſſimo C. Vitringa, qui hinc Comm. in *Jeſ.* XXI. 10. a plurimis Interpretibus diſcedens, Judaeos adloqui Vatem arbitratur, cum ex contextu certiſſime conſtet,

ſer-

sermonem dirigi ad Babylonios: conf. C. XXVII. 12, 13. *Jer.* LI. 33. *Joël* III. 14. *Micha* IV. 12. Ceterum, quae Vir Cl. pro sua opinione adfert, non patitur nostrum institutum examini subjicere, quod & minus necessarium, quia ex collatione aliorum Vaticiniorum, quale v. c. Jeremiae C. L. & LI. facile refelluntur. Ut vero ad nostrum locum redeamus: Agrum ecclesiae Judaicae jam dudum conseverat Deus, & quidquid ad sata maturanda faciebat, largiter huc usque contulerat: tempus fructuum aderat: instabat messis: aream igitur instituret, & per gravissimum judicium, quod ex eventu novimus, frumentum a palea secerneret, atque sic aream suam perpurgaret Dominus. *Ventilabrum* an quid speciale hic denotet, non dixerim: Quicumque enim bona a malis separatum it, manu dicitur habere ventilabrum vel vannum. Si tamen ita velis, *Ventilabrum* erit *Spiritus judicii* vel *oris* Domini, quemadmodum alibi Sp. S. loquitur. Atque hoc jam foret consequens ejus, quod Com. praec. dictum; neque inmerito a Joanne adjectum, ne scilicet inmorigeros quoque Spiritu Sancto & igne baptizatum iri inprudentes arbitrarentur auditores. Praeierant hic & prisci Vates. conf. *Joël* II. 28–31. *Mal.* IV. 1. similiaque loca. Observatu vero omnino dignum, quod Euangelistae, id quod raro & non nisi in praecipuis factum observes, adeo sollicite omnes adnotarint, Joannem Dominum sibi inmensum, & οσον ουρανος εϛ' απο γαιης, praetulisse. Forent scilicet in posterum, Joannis qui nomine & disciplina nimium abusi se Judaizantes

tes jactitarent, mallentque ipsius quam Jesu Christi discipuli dici: ut bene notavit praeclarus philologus aeque ac theologus J. Trigland. *Dissert. Sylloge pag.* 170.

Ib. Com. 18.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαὸν.

Male Elsner. παρακαλεῖν interpretatus per *consolari*, ut recte notavit Wolf. Πολλα και ἑτερα perinde ac apud Herodotum, aliosque, πολλα και αλλα: Conf. Wetsten. Videmus hinc, Lucam in praecedd. summam tantum eorum, quae dixerat Joannes, exhibuisse. Rarior constructio in τῳ, ευηγγελιζετο τον λαον. Noster tamen ita saepius: Vid. *Act.* X. 40. & XIV. 21. Thom. Mag. v. ευαγγελιζομαι. Οἱ παντες δοτικῇ· ἅπαξ δε που και αἰτιατικῇ συντασσομενον εὑρηται, ὡς παρα χαρικλειᾳ, και εν τῃ θειᾳ γραφῃ· συ δε δοτικῇ αει συντασσε. Proscribit itidem Phrynichus ευαγγελιζομαι σε. Egregie ineptiunt hic Grammatici: ut docuit Cl. Abresch, *Obs. Misc. Vol.* X. *p.* 213. Paucis hic defungar. Dantur nimirum plura verba, quae cum utroque casu construuntur. Exempla nonnulla l. c. reperies, quibus plura addi possunt. Vid. Hemsterhus. itidem *Obs. Misc. Vol.* IV. *pag.* 292. Neutiquam sic damnandum ευαγγελιζομαι cum accusandi casu constructum, etiamsi vel nullum ali-

bi hujus ſtructurae exſtaret exemplum. Ceterum variata illa conſtructionis ratio exaggeratam quandam ſignificandi vim, quam praegnantem dicunt, verbis addit: quod pluribus l. c. illuſtrat Vir ſummus. Ad hanc normam εὐαγγελίζεσθαι cum accuſ. ſtructum jam non, ut alias, ſignificat: *laetum alicui nuncium adferre*; ſed *laeto aliquem nuncio inpertire, adficere, perfundere, inbuere.* Relege praecedd. Com. 10—14. & Com. 16, 17. ac videbis, quanto jure Lucas ſcribat: π. μ. ου. κ. ε. π. ευηγγελίζετο τον λαον.

Ib. Com. 19.

Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

In plurimis Codd., variis Verſionibus, & Edit. vox φιλιππου non legitur: probant hoc Millius & Wetſtenius, quod alias lector putaſſet, de eodem hic Philippo ſermonem eſſe, ac commate primo. Verum tanti apud me non eſt illa ratio, ut ideo φιλιππε expungam: ex adverſo, cum plures fuerint Herodae, iſtud additamentum quodammodo videbatur neceſſarium. Verum equidem eſt, hunc Antipae Herodis fratrem a Joſepho *Ant.* XVIII. 5, 1. adpellari *Herodem*; ſed nihil obſtat, quominus duo Herodis magni filii dicti fuerint *Philippi*, alter major, qui erat Trachonitidis tetrarcha, de quo Com. 1., alter minor, de quo h. l., quemadmodum jam dudum obſervavit ſummus Grotius: Vid. & Conm. ad

ad Joſ. locum. ὁ Ἡρώδης in fine: nomen repetitum vice pronominis. Sic paſſim Hebraei: verum & ſic Herodotus, aliique. Vid. Raphel. ad h. l. & ad 2 *Tim.* I. 18. Ael. *V. H. L.* II. *C.* 6. Ἱππομαχος repetiit, cum ſemel poſitum ſuffeciſſet. Non absque ratione hoc factum: ſic enim conſtructio, pluribus interjectis, facilius ſe praebet.

Ib. COM. 22.

Σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν —— ὃ ἀγαπητός.

Cl. Alberti *Obſ. ad Matth.* III. 16. amplexus Hammondi aliorumque ſententiam, qui illud ὡσεὶ non ad formam columbae viſibilem, qua adparuerit Sp. S., ſed ad motum καταβαινοντος Sp. S. referre maluerunt. Obſtabat Viris doctis hoc Noſtri σωματικῷ εἰδει; verum notant, Lucam non ſcripſiſſe σωματικῷ εἰδει της περιστερας, vel ὡσει περιστερας, ſed ὡσει περιστεραν. Fateor. Et tamen ita intelligi voluiſſe S. Scriptorem, acſi ſcripſiſſet της περιστερας vel ὡσει περιστερας, non eſt, ut ego quidem cenſeo, quod dubitemus. Deſcendit, ait Euangeliſta, Spiritus Sanctus ſuper Dominum σωματικῷ εἰδει, *forma viſibili*, quae oculis patebat. Qualis vero illa viſibilis forma? docet Noſter, addens ὡσει περιστεραν: Atque hinc jam dijudicandum, quid illud ὡσει περιστεραν apud ceteros Euangeliſtas ve-

lit. ὁ ἀγαπητος non tantum eſt *dilectus* ſed & *unicus* μονογενης, ut ſaepe Graeca verſio, *Gen.* XXII. 2, 12. *Jer.* VI. 26. aliisque ll. atque id quidem ex ratione Gr. L. exquiſita. Vid. Cll. Duumviri Albert. ad *Heſych.* in V. & J. A. Erneſti *Opuſc. Philol. Crit. p.* 209. Ceterum hic a Patribus plus ſemel additur: εγω γεγεννηκα σε: Verum haec aliunde huc tranſlata. Vid. Coteler. ad *Conſtitut. Apoſt. L.* II. *C.* 32.

Ib. Com. 23.

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ.

Locus difficilis. Varias eruditorum ſententias recenſet Wolfius, & Fr. Burmannus P. in egregio opere *harmon. euang. pag.* 352. ſeqq. Caſaubonus pro αρχομενος malebat ερχομενος; ſed ſummum Virum hic fefellit ratio. Pricaeus pro ὡς ſubſtituebat ὅς, quae duo ſaepe confunduntur: verum ſcripti libri ſibi conſtant; neque ulla mutatione opus: Vid. Cl. Albert. *Peric. crit. pag.* 13, 14. Plures viri docti, inter quos & Alberti, Bengelius, ac Heumannus, putant αρχεσθαι hic ſignificare, *munus docendi auſpicari.* Inſolens ſcilicet locutio, ſi ετων τριακοντα cum αρχομενος jungas; ſed, ſi ſic αρχομενος capias, omnia limpida. Verum ab indole linguae omnino alienum videtur αρχομενος ita ſimpliciter hic poſitum ſic interpretari: conferunt VV. DD.

Act.

Act. I. 22. & venit, fateor, illic isto sensu: Sed unde? praecedit ibi Com. 21. εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς; qua phrasi Hebraica significat Petrus, Dominum inter ipsos publicum suum munus obiisse: Sequitur tum ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωαννου, nimirum (quod quisque jam per se intelligit) εισελθειν και εξελθειν: verum nihil tale hoc loco praecedit; nam, quod Cl. Albert. hic monet, longius remotum. Ceterum quidni illa phrasis, ην ὡσει ετων τριακοντα αρχομενος, notare potest: *ingrediebatur annum trigesimum?* Non nego, Lucam magis ex consuetudine Sermonis Gr. scripturum fuisse ετους τριακοσιου: non video tamen, istam locutionem in Linguae rationes incurrere. Porro, disputant hic Interpretes, ubi parenthesis claudenda sit, & quorsum pertineant verba του Ηλι. Ενομιζετο certissime significat *putabatur*, quanquam probe scio, esse, qui aliter intelligunt. Loca hic a Bosio & Wetstenio laudata rem extra omnem controversiae aleam collocant. Addo S. Empiricum, qui levi emendatione juvandus, Αντιρρησ. *L.* IX. *p.* 557. Διοσκουρων — παλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν. lege παλαι ν. ε. θ. habes illud paulo ante: ὁθεν καὶ εν ταις θηβαις λογος εχει παλαι ποτε ανδριαντα ιδιον Ἡρακλεους εὑρησθαι: praecedit ibi quoque. Ἡρακλεους —— νομιζομενου παρα τοις τοτε θεου. Neque ullo modo mihi dubium videtur, ubi parenthesis finienda sit: post ενομιζετο nempe; quemadmodum nec, του Ηλι pertinere ad το, Ιωσηφ: adeo planum atque perspicuum hoc reddidit adcuratissimus Raphelius, ut nullus haesitationi locus re-

Digitized by Google

linquatur: Conf. & Cl. Valcken. ad Herodot. *L.* V. *C.* 60. ubi ὁ Παυν recte dedit: τωυτο ονομα ἐχων τῳ Ἱπποκοωντος. Ceterum, illud ωσει obſtat, quominus aetatem Domini hic adcurate determinare queamus: quapropter επεχειν praeſtat, quam temere quid definire: Vide quae in h. l. ſcripſit Wandalinus Vir erud. *diatribe hiſtorico-theolog.* in Synt. Graevii *pag.* 270. ſeqq. Addo adhuc ad praecedd. (quod verbulo monere fere neglexeram) αυτος hic opponi Joanni; ὁ Ιησους vero exegetice addi, *Jeſus nempe*, de quo in ſeqq. jam ex profeſſo ageret Lucas. Ad αυτος, ſi placet, repete, quae ante notavimus.

CAPUT QUARTUM.

Com. 1.

Ἦγετο ἐν τῷ πνεύματι.

Male Hombergkius, aliique, de *ductu ſponaneo*, *animique motu*, interpretantur. Praecedit πληρης πνευματος ἁγιου; huc ſine dubio refertur articulus τῳ: Cantabr. codex *Marc.* I. 12. habet το πνευμα το ἁγιον: atque ita & Syrus in Matthaei loco: Conf. P. Abreſch Patre digniſſimus filius in conmentatione belg. *de Servatoris tentationibus p.* 18. Inpingit quoque iſta explicatio in rationes linguae Graecae: εν τῳ πνευματι iſto ſenſu non dicitur: multo minus τῳ, ηγετο εν τῳ πνευματι, id quod volunt viri docti,

docti, denotare poteſt. Non melius Beckerus, *in viſione:* dicitur id εν πνευματι *Apoc.* I. 10. XVII. 3. alibi. Et quid tandem ſodes in eo difficultatis, quod Dominus ab eodem Spiritu, quo largiter jam inbutus erat, in deſertum duceretur, grave ſcilicet cum malo Spiritu certamen ſubiturus? Ceterum, ad tentationes, quas hic diſerte memorant Euangeliſtae, ſolide notavit Ligtfotus *Miſc. Cap.* 50. „ Quidquid „ uſpiam peccatorum eſt, a ſancto Johanne re„ fertur ad haec tria capita, Cupiditatem car„ nis, Libidinem oculorum, & Faſtum vitae. „ Per haec tria Eva in paradiſo lapſa eſt &c. „ Per haec tria diabolus tentavit Chriſtum. „ Quando eſurit, volebat, ut lapides conver„ teret in panes, atque ita tentavit cupiditate „ carnis. Oſtendit, atque promiſit illi omnem „ mundi gloriam, & ſic tentavit libidine oculo„ rum. Exhortatur eum, ut volet per aërem, „ ſicque eum tentat faſtu vitae. „ Praeierat Auguſtinus in libr. *Confeſſionum* & *de vera religione*, quem & Beda aliique plures ſecuti. Origenes lib. *de Oratione Opp. T.* I. *pag.* 266. haec habet: δυο δε παλαισματα παλαισας ὁ Ιωβ (cum uxore nempe & Satana) και νικησας, τριτον ουκ αγωνιζεται τηλικουτον αγωνα· εδει γαρ την περι των τριων παλην τηρηθηναι τω σωτηρι, ητις εν τοις τρισιν ευαγγελιοις αναγεγραπται, τα τρια νικησαντος του, κατα τον ανθρωπον σωτηρος ἡμων νοουμενου τον εχθρον.

Ib. Com. 8.

Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ.

Deſunt haec in variis Codd. & Verſionibus, probante Grotio, Millio, Bengelio, & Pfaffio. Alii nihilominus retinenda cenſent. Ut dicam quod ſentio, mei ſi res foret arbitrii, iſta, ὀπισω μου, cum apud Matth., tum hic, loco cedere cogerentur: Atque ita jam dudum, apud Matth. ſaltem, maxima nomina, Origenes, Hieronymus, Beza, Grotius, & Belgae noſtri. Loco Matth. non agnoſcit quoque Guelpherbytanus A. Primi & antiquiſſimi Codd. plane ignorant, teſte Origene: & omnino aliud quid ὕπαγε ὀπισω μου, & ὕπαγε, quemadmodum doctiſſimi, quos dixi, Patres, recte obſervarunt: ſimplex denique ὕπαγε multo fortius & huic loco convenientius, *faceſſe hinc, abi in malam rem.* הלך perinde apud Orientales, maxime Arabes: Sic v. c. in Locmani fabulis, & alibi ſaepius.

Ib. Com. 13.

Ἀφέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ.

An itaque Diabolus poſthac viſibili forma iterum adgreſſus eſt Dominum? Ita cenſent nonnulli. Hoc tamen minus veroſimile: nul-

nullibi ſaltem id legitur. Verum quid itaque ſic ſcripſit Lucas? aut an verba aliter interpretanda, atque vulgo fit? Ita cenſet vir doctus *Tempe Helvet. T.* III. *p.* 67. qui vero vertit, *ſtatim ab eo tempore.* Opinatur ſcilicet, ἀχρι aeque ac Lat. *usque*, non tantum notare terminum *ad quem*, ſed & *a quo:* plena ſic phraſis foret, ἀχρι ἀπο καιρου τουτου: illuſtrat autem ex eo, quod ἀχρι & μεχρι ſaepe ſignificent, *quamdiu*, *tantisperdum.* Απροσδιονυσως certe! nam, cum ita uſurpantur, ſubintelligitur οὗ, quod & ſaepius additur; ſed quid hoc ad noſtrum ἀχρι καιρου? Adducit etiam vir eruditiſſ. *Act.* XIII. 11. ubi Paulus Elymae praeſentiſſimam poenam adnuncians: και νυν —— και ἐση τυφλος, μη βλεπων τον ἡλιον ἀχρι καιρου, id eſt, ait, *ex hoc tempore:* habet id aliquam ſpeciem; ſed vellem, hunc uſum aliquo ſaltem modo probaſſet vir doctus. At quidni, *usque ad aliquod tempus?* Quorſum ſpectet hic illa coecitatis plaga, nemo non videt. Non opus erat, ut ſemper viſu careret Elymas. Adcuratior omnis rei cognitio in Apostolo ita conſtabat. Hoc malo adficiebatur, non ut periret miſer, ſed quo de veritate religionis Chriſtianae ſic convictus ad bonam frugem ſe reciperet, ad quam & vere rediiſſe, plures jam olim crediderunt. Verum quod ad noſtrum jam locum, non legimus, fateor, malorum ſpirituum Alpha in poſterum eodem prorſus modo Servatorem fuiſſe adgreſſum; ſed neque hoc requiritur: dicit Lucas: απεστη απ' αυτου ἀχρι καιρου: rediit igitur poſt aliquod temporis interſtitium; & nonne revera rediit, quamvis non eo-

dem plane modo? An non Dominus expreſſis verbis *Joh.* XIV. 30.? ερχεται ὁ του κοσμου τουτου αρχων, και εν εμοι ουκ εχει ουδεν: Conf. Cl. Heuman. Neque, quod bene notandum, ſpectandae hic tantum extremae illae, quas enarrant Euangeliſtae, Chriſti tentationes; nam has ſub finem demum XL. dierum ſubiit: verum & internae, quibus per totum XL. dierum ſpatium ab infernali Spiritu exercitus fuit: diſerte Noſter *Com.* 2. ἡμερας τεσσαρακοντα πειραζομενος ὑπο του διαβολου; non enim audiendos eſſe puto Bezam, de Dieu, Bengelium, aliosque viros doctos, το, τεσσαρακοντα ἡμερας, conſtruentes, non cum πειραζομενος, ſed cum ηγετο: ſic ut ſenſus ſit, *ducebatur* in deſertum, *ut ibi eſſet* XL. *dies:* dubito certe, an id quidem cum linguae Graecae rationibus conciliari queat. Ceterum, internis multis Satanae tentationibus poſthac expoſitum fuiſſe Dominum, quis negaverit? Hinc Apoſtolus ad conſolationem piorum alibi ſcribit, Jeſum noſtrum Pontificem eſſe πεπειρασμενον κατα παντα, ſicut nos. In αχρι καιρου vero ſic ſubintelligi τινος, non opus eſt, ut moneam. Ita paſſim. Noſter *Act.* XIX. 22. επεσχε χρονον, ſupple τινα: vide ibi Raphelium. *Marc.* II. 1. δι ἡμερων, τινων nempe. Subjungit jam hiſce Matthaeus: και ιδου αγγελοι προσηλθον και διηκονουν αυτῳ. Hic prima vice nobis occurrunt Angeli Domino inſervientes: vide ſis obſervationem Origenis in lib. *de oratione p.* 212.

COM.

COM. 16. 17.

Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲτ κ. λ.

Quod ad harmoniam Euangel. hic adtinet, lege, quae notavit Cl. Burmannus P. in *harmon. euangel. pag.* 361. & *pag.* 542–545. Male certe post Augustinum multi voluerunt, Lucam, quae hic habemus, per quandam anticipationem notasse, Matthaeumque ita intelligendum, Jesum non divertisse in Nazareth; sed transiisse in Capernaum: Conf. Cl. Wesseling. ad *Simsoni Chron. Cathol. p.* 1602. Ceterum ex eo, quod Noster hic tradat, Jesum ingressum esse Synagogam Judaeorum, ipsique datum fuisse librum, quem audiente populo legebat, nonnulli inter veteres collegerunt, Dominum inter Judaeos aliquod Sacerdotale habuisse munus: id quod discimus ex Suida v. Ιησους, ubi praeter alia refert traditionem, Jesum a Sacerdotibus Jud. solemni ritu Sacerdotem esse constitutum. Verum meliora docebit C. Vitringa docto opere *de Synagoga vetere*, aliique.

Ib.

Digitized by Google

Ib. Com. 18.

Οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει.

Secutus est Lucas versionem Alexandrinam, cum qua, si pro εναγγελιζεσθαι legeris ευαγγελισασθαι, quod habent varii Codices, Patres, & Editiones, verba adamussim conveniunt, nisi quod in fine hic legas: αποστειλαι τεθραυσμενους εν αφεσει: quod additamentum multum negotii facessivit Viris doctis. Vide, quae praeter Vitring. & Wolf. aliosque, quos ille laudat, scripsit Bengelius in *Gnomone*, & Cl. J. D. Michaëlis *introduct. in N. T.* lingua Germanica in lucem publicam emissa, *pag.* 40. Ego ita censeo. Illa a librario fuerunt adscripta, atque ita, quod saepius factum, deinde in textum irrepserunt. Praeiit mihi inter alios Beza: praeiit Origenes, de quo alibi pluribus dicam. Multi Patres non legerunt. Offendit, quod verba, κηρυξαι αιχμαλωτοις αφεσιν, &, αποστειλαι τεθραυσμενους εν αφεσει tantum non, interjectis modo verbis, και τυφλοις αναβλεψιν, immediate se excipiant. Accedit, nulli adjectioni hic fuisse locum, cum sermo sit de praelectione textus Prophetae.

Ad-

Adcedamus age jam ad ipsa verba excellentissimi loci. Differt distinctio των o adeoque & Lucae ab interpunctione Hebraica. In textu Hebr. το, *euangelizare pauperibus*, refertur ad praeced., *unxit me*. Alexandrini vero & Noster jungunt cum sequenti, *misit me*. Sic & apud Jesaiam Syrus, & Arabs. Sic quoque plurimi Patres, interque eos ipse Hieronymus. Verum quidni cum Cl. Vitringa statuamus, hanc discrepantiam unice vitio eorum tribuendam, qui distinctionum notas posuerunt? Quid vetat enim sic distinguere? ου ἑνεκεν εχρισε με ευαγγελισασθαι πτωχοις· απεσαλκε με ιασασθαι τους συντετριμμενους την καρδιαν. Ita inter lectionem Hebraeam & Graecam perfecta intercedit conformitas. Atque sic certissime h. l. legerunt Syrus & Persa. Pro πτωχοις olim quoque loco Jesaiae lectum ταπεινοις: Sic in S. Barnabae *Epistola* §. 14. ubi vide quae notat Cotelerius: conf. & Massuet. ad *Iren. L.* III. *contra haereses C.* 9. ιασασθαι τους συντετριμμενους την καρδιαν. Hebraeus textus לחבש לנשברי לב שבר. graviorem fractionem, sive diffractionem, notat: hinc שֶׁבֶר plus semel de *calamitosa diffractione* & *subversione*, quam exercet turbo: vid. ὁ Πανυ ad *Prov.* XV. 4. Συντριβειν est *conterere*, *contundere*: ita de variis rebus adhibetur, v. c. de navibus: vid. Thucyd. IV. 11. Lucian. *T.* II. *pag.* 754. και τους τε αυλους μου συνετριψε κ. λ. passim vero de *confractione membrorum*, ut videbis ex iis, quae notarunt Viri docti ad *Thom. M. pag.* 500. 501. Adde locum Comici *Pac.* ℣. 70. ἑως ξυνετριβη της κεφαλης καταρρυεις. Atque

que hinc ad mentem translatum: alia tamen quadam ratione sic usurpant Graeci, quam hoc quidem loco fit: illis enim dicitur de iis, qui tristitia quasi confringuntur, animoque destituuntur: vide loca, quae Raphelius, Wetstenius, aliique hic laudarunt, quibus addas licet Diod. Sic. *L.* XI. *C.* 59. ubi, συντριβεντες τοις φρονημασι δια το μεγεθος της συμφορας, & *L.* XVI. *C.* 81. οι δ' εν τη Καρχηδονι πυθομενοι το μεγεθος της συμφορας συνετριβησαν ταις ψυχαις: hic vero de hominibus, qui salutari tristitia adfecti, veraque poenitentia ducti, ad Dei opem supplices confugiunt. חבש apud Hebraeos saepius usurpatur de *adligatione* vel *obligatione vulnerum*, unde pulcherrima translatione *Jes.* III. 7. ubi aliquis conpellatus ad ruinam Reipublicae sarciendam respondet: non ero חבש *adligator vulnerum:* posses etiam ex genio linguae dare, *sartor ruinarum.* Origo est, ut docent Arabes, in *conpressione arctiori.* Verum haec jam non sunt hujus loci. Apte respondet Graecum ιασθαι, cujus quidem alia primaria notio, sita scilicet in τω, *leni calore fovere*, ut inter alia constat ex verbo ιαινω hinc deducto, de quo vide sis Cl. Hemsterhus. ad Hesych. *T.* II. *pag.* 4. usus tamen bene convenit. Κηρυξαι αιχμαλωτοις αφεσιν: Hebraice לקרא לשבוים דרור & שבוים αιχμαλωτοι idem. Vox דרור *cumulatissimam* adfert *libertatem;* דרר enim in origine est *fluxit, copiose effluxit* vel *effusus fuit:* unde jam דרור *spontaneus fluxus* vel *effusio*, plenissima libertas, quam nihil scilicet praepedit aut restringit. Recte igitur οι ὁ αφεσιν. Gloss. Gr. Lat. αφεσις *eman-*

emancipacio, *dimiſſio*, *remiſſio*, *emiſſio*. Heſych. Αφεσις. απολαυσις. συγχωρησις. ubi VV. recte monuerunt legendum απολυσις. Plura Cl. Vitringa in *Obſ. L.* IV. *C.* 4. §. 6. Additur: ולאסורים פקח־קוח: Gr. και τυφλοις αναβλεψιν. Haec prima fronte longius abeunt a veritate Hebraica. אסורים *Vincti* an ſunt τυφλοι *Coeci?* פקח־קוח duplex vox, *apertura carceris*: αναβλεψις autem *viſus* aut *videndi uſus receptus*, *inſtauratus*. Ideae, ut videtur, diſcrepantes! Et tamen ita docte LXX. פקח־קוח non eſt, ut vulgo cenſent, *apertura carceris*: notio carceris in קוח, quod tum deducunt a לקח, eſt precaria: & *apertio carceris* in hac ſerie omnino languet. Sic poſt Aben-Ezram recte judicarunt ſummi Viri, Grotius, Coccejus, Vitringa, & Schultens ad *Prov. p.* 231. פקחקוח ſine dubio eſt una vox, ex duplicatis extremis radicalibus orta: פקח autem ſemper de *apertione oculorum* uſurpatur, excepto uno tantum loco *Jeſ.* XLII. 20. פקחקוח vi formae eſt *omnimoda oculorum apertio*. Relinquit tamen ſcrupulum το אסורים, *vincti*, pro *coecis*, & ſcriptio του פקח־קוח Videamus vero, an removere queamus. Ad primum quod adtinet, non inſolitum eſt Orientalibus *ligatos oculis*, *viſu*, quin & ſimpliciter *ligatos*, dicere pro *coecis*: ut docuit Cl. A. Schultens *Anim. Phil. in Job. pag.* 201. ſeqq. ubi & noſtrum locum non neglexit: habet itaque verſio Graeca, quo ſe tueatur. Obſtat tamen, fateor, quod in contextu אסורים referantur ad τους שבוים: ſenſit acutiſſimus Schultenſius, atque ſententiam ſuam emendavit loco

loco ad *Proverbia* citato, ubi data opera hunc locum tractavit: probat ibi ſummus Literator, originem του פקח eſſe ſitam in *flore protuberante*, ſeu preſſius in *roſa*, quae *crepantem* jam *calycem effindit*, indeque *eminere*, ac *protuberare* incipit: conf. Cl. Clodius in *Lex:* hanc venuſtiſſimam ideam deinde adplicat ad hunc locum. *Vincti* illa amplitudine capiendum, quae conplectitur *catenas*, *carcerem*, *paedorem*, *horrorem*, & *tenebras*. Hiſce promittitur פקחקוח *emicatio micantiſſima;* ut pro *catenis* induantur *inſignia libertatis Filiorum Dei;* e *carcere* eſcendatur ad *faſtigium dignitatis;* pro *paedore* eniteſcat omnis *gratia*, *venuſtas*, *pulcritudo;* pro *horrore* & *tenebris* denique *laeta lux* & *fulgor coeleſtis* eos circumdet: ad quae omnia το פקח benigne ſe praebere, in ſeqq. docet. Quod ad alterum, obſervamus α.) in variis Codd., inter quos & *Daventrienſis;* ut monuit Cl. Ruckersfelder in *Syll. p.* 254. tanquam unam vocem ſcribi. β.) Maſorethas ſaepius unam vocem in plures diviſiſſe: quod nonnullis exemplis hic oſtendiſſe operae fuerit. Ita *Jeſ.* II. 20. ſcriptum לחפר פרות, quaſi duae eſſent voces, cum tamen certiſſime una ſit ex ſpecie pehalhal: vid. ſummus Bochartus *Hieroz. P.* I. *L.* III. *C.* 35. *p.* 1031. ſeqq. ubi & alia hujus generis reperies. *Jeſ.* XVIII. 2. habemus נוי קרקו. Exponunt *gens lineae*, *lineae*, & torquent ſe admodum Interpretes: verum כוקו omnino, ſi quid video, eſt una vox, formata per reduplicationem a קוו, ut a גלל eſt גלגל, a צלצל צלל &c. קוו autem gaudet notione *torquendi*, *contorquendi*, unde כו *fu-*

funis, *funiculus ex filis contortus*; nec non *robur*, *virtus*, *potentia*, quia, quae intorquentur, firma & robusta evadunt: conf. Cl. Schult. ad *Harir. Conf.* III. *p.* 136, 137. Apud Arabes vero speciatim usurpatur de *robore militari*. Dicuntur ita hic Aegyptii *gens roboris valde intorti* (nam reduplicatio, ut notum, significationem auget, & intendit) quod jam egregie respondet epitheto praecedenti, *gens formidabilis*. Sed plura de h. l. forte alias.

Ad annum Jubilaeum hic adludi, cum ex ipsis verbis, tum ex seq. commate planissime constat. In mentem vero hic mihi venit illius, quae olim obtinebat, consuetudinis, qua pace instaurata, vincti e custodia emittebantur, qui in servitutem redacti erant, libertate donabantur &c. Habemus egregium locum apud Livium, quem ex parte hic adponam; nam longior est, quam ut totus describatur: exstat *L.* XXXIII. *C.* 32. *Romani ad spectaculum consederunt, & praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solenni carmine ludricum indici solet, processit: & tuba silentio facto ita pronunciat:* SENATUS, POPULUSQUE ROMANUS, ET T. QUINTIUS IMPERATOR, PHILIPPO REGE MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IMMUNES SUIS LEGIBUS ESSE JUBET CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQUE OMNES, ET INSULAM EUBOEAM &c. *Audita voce praeconis, majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Vix satis credere se quisque audisse: alii alios intueri mirabundi velut somnii vanam speciem: quod ad quemque pertineret, suarum aurium*

fidei minime credentes, proximos interrogabant. Verum quid haec ad cumulatiſſimam peccatorum remiſſionem? quid ad dignitatem & jura Filiorum Dei, cum omnibus illis bonis coeleſtibus, quae animum, ante aerumnarum ſuarum onere preſſum, ſuaviſſima dulcedine mulcent, mentemque totam in aeternum inplent, ſatiant, beant? Neque tamen, quod corporale eſt, hic prorſus excluſerim, ſanationem puta coecorum, excitationem mortuorum, reſtitutionem viſus coecis, & quae his ſimilia: phraſes omnino illam amplitudinem admittunt; & parallela loca favent *Jeſ.* XXXV. 5, 6. & LXII. 7. adcedit adplicatio hujus loci a Servatore hic ad ſe facta: &, quod ſequitur, Comma 23. Ceterum ſimilia de ſuis prophetis tradiderunt gentiles, ut videmus apud Minuc. Fel. *Octav. C. 7. Inde adeo pleni & mixti deo vates futura praecerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam, ſpem afflictis, opem miſeris, ſolatium calamitatibus, laboribus levamentum.* Et quis neſcit, quid Porphyrius, & Jamblichus de Pythagora, Philoſtratus de Apollonio Tyanenſi, alii de aliis, finxerint, quo illi ſcilicet ſic Domino noſtro pares viderentur? Sed claudite jam rivos &c.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 29.

Ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους.

Ἐξεβαλον αυτον εξω της πολεως. Terentius *Andr.* II. 3, 8. *dictum ac factum invenerit aliquam cauſam, quamobrem ejiciat oppido.* Perinde Graeci ἐκβαλλειν ἐκ της πολεως, & πολεως; quin & abſolute ἐκβαλλειν, ut apud Diod. Sicul., Aelian., aliosque plures: loca addere in re notiſſima nihil adtinet. Verum bene notandum, ab hac locutione differre το, ἐκβαλλειν ἐξω της πολεως, quod hic habemus: illud nempe notat *cum contumelia ex urbe in exilium mittere:* hoc vero, *extra urbem ejicere male mulcandi ſuppliciove adficiendi cauſa:* atque ita hoc loco; inter poenas enim olim quoque erat κατακρημνισμος. Diſcrimen bene obſervavit Noſter *Act.* VII. 58. ἐκβαλοντες ἐξω της πολεως ἐλιθοβολουν; ſed *C.* XIII. 50, 51. ἐξεβαλον αυτους απο των ὁριων αὐτων. Οἱ δε κ. λ. Ceterum non tantum extra urbem optimum Servatorem expellebant mortalium ingratiſſimi; verum etiam ἠγαγον ἐως της ὀφρυος του ὀρους. non certe judicii more; ſed motu concitatae plebis: ut recte monuit Grotius. Αγειν vox μεσῃ hic in malam partem venit. Οφρυς του ορους *montis ſupercilium, ſupercilium collis abrupti*, ut alibi Sidon. Apollin. Οφρυοεντα Κορινθον dicit oraculum apud Herodotum, qui & alibi οφρυη ψαμμον,

μου, *L.* IV. *C.* 182. ubi Cl. Weſſeling. Plura dabunt Grotius, Pricaeus ad *h. l.* & ad *Apul. Metamorph.* ubi *ſupercilium amnis*, Wetſtenius, Kypke & plures alii: adde Rittershuſ. ad *Oppian. Halieut. L.* IV. ϒ. 503. Veteres nimirum quae corporis ſunt, tantum non omnia adſcribebant coelo, terrae, mari. Ita μασους dicebant colles, vel rupium partes eminentes: vid. Beza ad h. l. & L. Bos *Animadv. ad Script. Gr. p.* 108. Orientales figurabant, *dens rupis*, *petrae* &c. *Jeſ.* XIV. 13. habes *latera Aquilonis* pro tractibus montis aquilonaris longius protenſis, lateque patentibus. *Dorſum montis* pervulgatum: dixit & Homerus ευρεα νωτα θαλασσης, quod Oppianus, aliique imitati: vid. laud. Rittershuſ. ad *L.* I. *Hal.* ϒ. 60. ubi & χθονος νωτα, & *terga telluris* reperies: conf. & ad *L.* IV. ϒ. 568. aliud σηθη του ποντου: vid. Caſaub. ad *Strab. p.* 90. Mitto jam δειρας, ποῦς, κνημους, πτέρναι ὄρους, & ſimilia. Αυχην ſaepius pro terrae vel fluvii anguſtioris tractu, cervicis inſtar, porrecto: vid. ὁ Πανυ ad *Herodot.* I. 72. σερνα γης viciſſim vocabant loca campeſtria & plana; ut monuit Suidas in v. ubi vid. Cl. Kuſt. Erinna, Στερνα γαιας και πολιας θαλασσης Σφιγγεται, *Poetriarum Octo Fragm. p.* 18. Ομφαλος paſſim reperias pro meditullio & centro terrae: Delphorum urbs & templum ita, ut notum, dicebatur ομφαλος γας: vid. Pindar. *Pythion.* VI. 3. Euripides *Jone* ϒ. 223. Plura notavit Schult. ad *Prov.* III. 8. & VV. DD. ad Callimach. *Del.* ϒ. 48. Verum de his jam ſatis. Finem facio in loco Jeſaiae, quem Interpre-

pretes, magnus etiam Vitringa, non satis adsecuti sunt: exstat *C.* XI. 14. ועפו בכתף פלשתים. כתף certissime est in *statu*, quem vocant, *absoluto;* verum pro *constructo* venire plerique omnes sentiunt: unde dant: *volabunt in humerum Philistaeorum:* male, ut puto. Vertendum, *volabunt in humerum, Philistaeos*, per adpositionem: *humerus* scilicet est tractus regionis elatioris longius protensus, speciatim autem regio Philistaeorum, quae ad mare longius protendebatur: intelligis ita, quid sit *in humerum;* sed per exegesin, atque ut pressius determinaret, adjicit vates: *in Philistaeos.*

Ib. COM. 34.

Εα —— οἶδά σε τίς εἶ.

Εα. Vulgatus *sine*, ut sit imper. a verbo ἐάω. Sic & Pricaeus. Verum praestat accipere pro particula exclamantis, & indignantis, atque dolentis. Ita εἶα saepe apud Aristophanem, aliosque scriptores atticos. Latini *eja.* Alibi & ἔα reperies, ut hic: loca dabit ipse Pricaeus & Raphelius. Pro οἶδα σέ Armen. legit οἶδαμέν σε, ut notavit Millius: Sic & Athanasius in *collectione nova Montfauc. T.* II. *p.* 46.

Ib. Com. 39.

Ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν· παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς.

Επισας επανω αυτης: phrasis hic adpoſita; apud recentiores enim Graecos ſaepius de medicis adhibetur. Και αφηκεν αυτην: potes id duplici modo interpretari; vel per &, ut ſubintelligatur ὁ πυρετος; ita enim ſaepenumero communes Graeci, rarius Attici: Noſter ita *Act.* VII. 3, 4. vid. Cl. Periz. ad Ael. *V. H. L.* XIII. *C.* 40. ubi plura; vel, ut idem ſit ac ὅς: ita frequenter non tantum N. T. Scriptores: vid. iterum Lucas *Act.* V. 12. & VI. 6.; ſed & οἱ ἐξω, ut docuit Dukerus ad Thucyd. *L.* VIII. *C.* 73. & Weſſelingius ad Diod. Sic. *L.* IV. *C.* 75. Παραχρημα δε αναστασα διηκονει αυτοις. Cantabrig. Codex habet: και αφηκεν αυτην παραχρημα, ωστε αναστασαν αυτην διακονειν αυτοις. Recte παραχρημα prioribus adjecit; locus enim, ſi quid video, ita conſtituendus: και αφηκεν αυτην παραχρημα. αναστασα δε δ. α. Dictum factum: Dominus increpat febrim, & ecce ilico illam deſerit: conf. *C.* V. 13. Ceterum διακονειν hic ſpeciali illo uſu poſitum, quo ad menſam refertur: ita apud Heliodor. *Aeth. L. V. p. m.* 224. τραπεζη του βασιλεως διακονειν, atque ita apud alios plures: multa congeſſit Wetſtenius ad *Matth.* IV. 11. ubi

ubi & vides, Latinos quoque ſuum *miniſtrare* ita adhibere: quod & docuit ὁ Παν Gronov. *Obſ. L.* II. *C.* 24. & VV. DD. ad *Grat. Fal. Cyneg.* ℣. 314.

CAPUT QUINTUM.

COM. 1—3.

Ἕστως παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην —— ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.

Sic optimus Servator, ubicumque eſſet, terra, mari, hominibus ſalutaria regni coelorum myſteria pandebat, viamque ad beatam inmortalitatem ducentem conmonſtrabat: frequens turbarum concurſus, ipſum huc jam conpellebat. Egregie Sedulius *Carm. L.* IV. ℣. 110. ſeqq.

Turbasque frequentes,
Quae nimis inruerant, cupiens vitare parumper
Stagna petit, parvaque ſedens in Simonis alno,
Litore ſiſtentem formabat ab aequore plebem.

formabat ibi unice verum; id eſt inſtruebat, di-

vinis inbuebat oraculis, ut habet Prosa: vid. omnino doctiss. Arntzenius. Nota vero hic ἑσως & ἑσωτα diverso sensu posita: de navibus ita passim Graeci, & Latini: hinc ναυσαθμος *navium statio*, de qua Manut. ad *Cic. Ep. Fam.* XII. 15. Add. Flor. II. 2, 7. *centum sexaginta navium classis in anchoris stetit*, & ibi Cl. Duker. Plura Wolf. & Wetsten. h. l. Παρὰ τὴν λίμνην. Thomas M. in v. Παρὰ. Ὁτε πλησιοτητα (ut h. l.) δηλοι, επι μεν εμψυχου δοτικὴ συντασσεται —— επι δε ἀψυχου αιτιατικὴ: non semper tamen, ut & ipse deinde monet, discrimen hoc observatur. Απο γης επαναγαγειν ολιγον, *a terra paulum in altum provehi.* De usu verbi αναγειν hac in re, ut & του καταγειν, quod habemus Com. 11. & quod contrariam habet significationem, vid. Cll. Viros Wesseling. & Valcken. ad *Herodot.* III. 39. VI. 41. & VIII. 63. Add. Wetsten. ad *C.* VIII. 22. επαναγεσθαι Xenophonti Ephesio hoc sensu familiare: Vid. T. H. *Obs. Misc. Vol.* III. *pag.* 416. & *Vol.* VI. *pag.* 347.

Ib. Com. 5.

Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.

Ἐπιστάτα. Codex Cantabr. διδασκαλε. Est glossa. Noster hac voce saepius utitur: ceteri vero Euangelistae nunquam; sed vel ῥαββι

βι vel διδασκαλος. Pollux *L.* VII. *Segm.* 183. τους δε εφεξηκοτας τη των εργων επιμελειᾳ οἱ μεν Αττικοι επισατας εργων λεγουσιν. Επιχαρμος δε και εργεπισατας. Ita eſt: επισαται εργων, πραγματων, & quae ſunt ſimilia, ſaepius reperias apud Xenophontem, aliosque: Conf. Cl. Valckenar. loco mox laudando. Thomas Magiſter hoc diſcrimen tradit inter επισατης & διδασκαλος: Διδασκαλος, inquit, λογων και αρετης· επισατης δε εργων. Ammonius ſimiliter *pag.* 44. Διδασκαλος και Επισατης διαφερει. Διδασκαλος μεν γαρ εϛι λογων. Επισατης δ' εργων: vid. Vir Cl. Non male ita Grammatici: επισατης tamen ſaepius magis generatim uſurpatur, & pro διδασκαλος ſimpliciter venit. Heſych. in voce inter alia per διδασκαλος interpretatur. Gloſſae *Magiſter*, επισατης, διδασκαλος. Ita & Diogenes Laërt., Diod. Sic. aliique adhibuerunt: vid. Cl. Kypke in h. l. Neque ratio longe quaerenda; επισατης enim in genere eſt, qui alicui rei eſt praefectus, praeeſt, cui rei cujuscumque cura eſt commiſſa: hinc jam ad varia adplicatur, ut vides apud Suidam, Harpocrationem, pluresque alios, atque inter alia etiam ad diſciplinam, & magiſtros, quibus diſcipulorum cura & rectio eſt demandata. Κοπιαν hic illo ſenſu poſitum, quo ſignificat, laborare ad laſſitudinem usque. Λαμβανειν venit pro, quamcumque rem capere: de *piſcibus*, non raro, ut h. l. Ael. *H. A.* I. 30. de ſquillis: ὁταν γουν αισθωνται λαμβανομεναι. Ariſtophanes perinde ac hic *Equit.* ϒ. 861. ὁταν μεν ἡ λιμνη καταϛῃ, λαμβανουσιν ουδεν. Χαλαν paſſim, ut Com. praec., de *reti*. Ael. item *L.* I. *C.* 18. dixit

χαλᾶν τὴν σχοινον; & ita ſimpliciter χαλᾶν Alciphron *Ep.* I. 1. μικρὸν δὲ ἀπο της ακτης χαλασαντες. Verum non lubet his diutius immorari. Pie autem Simon, ἐπι τῷ ῥηματι σου, *ad juſſum tuum*, χαλασω το δικτυον: ita decet genuinos optimi Jeſu diſcipulos. Sic eum non tantum tanquam praeceptorem ſuum venerabatur; ſed & tanquam dominum: quod & forte latuerit in v. ἐπιϛατης.

Ib. Com. 6. 7.

Διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν —— ὥϛε βυθίζεσθαι αὐτά.

Habemus hic luculentiſſimum divinae Servatoris potentiae documentum. Ad nutum ejus hic magno mox numero adſunt piſces, reti Simonis, ceterorumque, qui cum ipſo erant, capiendi. Ita muta turba gloriam Domini alta voce celebrat. Vox διερρηγνυτο hic, ut quisque videt, non ſignificat, *rumpebatur;* ſed *in eo erat, ut rumperetur.* Ita ſaepe cultiſſimus quisque, ut ab aliis jam notatum. Addo hic tantum locum Phaedri *L.* IV. 21, 9, 10. *Adſcendit navem, quum tempeſtas horrida ſimul & vetuſtas medio diſſolvit mari:* ubi v. *diſſolvit* non ipſam navis diſſolutionem, ſed inſtantem notat: plura ibi Cl. Burm. Ad το, ὡϛε βυθιζεσθαι αυτα, Com. 7. eadem recurrit obſervatio: βυθιζειν τα πλοια dixit Diod. Sic. *L.* XX. *C.* 88. navis ſaepius dicitur βυθιζεσθαι a vento: egregia

gia tralatione Apoſtolus 1 *Tim.* VI. 9. αἵτινες (ἐπιθυμίαι ſcilicet) βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν: ubi Cl. L. Bos: non multum abit illud Gregor. Nazianz. *T.* II. *p.* 10. Ἡδ' ἦν τὸ πρόσθεν ὀρθοποῦς, νυν δ' ὀυκέτι. Ἀλλ' ἐν βυθοῖς ἐκειτο τῆς ἀπωλείας. Ceterum additum hic παρά τι tanquam genuinum recepit Beza: ſecuti, ut videtur, praeſtantiſſimi Belgae noſtri, qui, cum διερρηγνυτο ſimpliciter vertunt, *ſcheurde*, hic dant, *zo dat zy* BYNA *zonken*. Verum non opus illo additamento, ut recte jam monuit Ill. Grot.

Ib. COM. 8—10.

Προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. —— ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ἣν συνέλαβον. —— ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.

Petrus jam advolvitur genibus Domini, & exclamat, *diſcede a me; nam homo peccator ſum, Domine:* Sic ſolent pii homines: nunquam magis ſibi ſordent, quam, cum liquidiſſima gloriae divinae luce ſe circumfuſos videant: exempla habemus in Jobo *C.* XLII. 5, 6. Jeſaia *C.* VI. 5. aliisque hominibus ſanctis. Ceterum aliena ſunt, quae hic notavit Elsnerus, multumque praeſtant, quae dederunt Grotius, & L. Cappellus.

Επι

Επι τῃ αγρᾳ ιχθυων, ἡ συνελαβον. *Venatio* eſt triplex, ferarum ſive quadrupedum, avium, & piſcium; quod egregie docet Epigramma, quod agit de tribus fratribus, retia ſua Pani dedicantibus, quorum alter erat venator, alter auceps, tertius piſcator, *Anthol. L.* VI.

Οἱ τρισσοι τοι ταυτα τα δικτυα θηκαν ὁμαιμοι
Αγροται παν, αλλης αλλος απ' αγρεσιης.

αγρεσια idem quod αγρα: vid. Suid. v. αγρεσια, ubi & hoc Epigr. laudavit. Paſſim vero prior venationis ſpecies nomine generis venit, quanquam & κυνηγεια & κυνηγεσια dicitur: poſteriores autem duas ſpeciali quadam ratione vocant ιξευτικην, & ἁλιευτικην. Αγρα tamen ſaepius quoque ut hic de *piſcibus:* vid. Wolf. & Wetſten. ad *Com.* 4. Add. Aelian. *Hiſt. Anim. L.* I. *C.* 3. & *C.* 18. Ariſtaenet. *L.* I. *Ep.* 7. Αγρευτης & αγρευτης etiam de *piſcatore:* eleganter Manetho *Apotel. L.* V. ℣. 297. Αγρευτηρι λινῳ (ſic enim legendum cum Gronovio) ανεφελκεται εξ ἁλος ιχθυν. Idem notes in verbo θηρᾶν: vid. Comici *Equit.* ℣. 604. & 860. Ael. l. c. *C.* 18. ubi αλιευς & θηρατης permutantur: add. & *C.* 2. Sic & Ariſtaen. οὓς (ιχθῦς) εθηρασαμην: atque ita ſexcenti alii. In verbis ἡ συνέλαβον Cl. Abreſch ſubintelligit αυτους: malim cum aliis, *quam comprehenderant.* Male certe Hombergius *qua opitulati erant:* vide quae ad hanc interpretationem notarunt Wolf. & Kypke. Συλλαμβανειν αγραν, contra ac putabat vir doctiſſimus, conmode dicitur: quod vides ex Euripidis loco

a

a Kypkio laudato: cui adde Ael. *H. A. L.* I. *C.* 2. ubi, ὁταν θηλυ συλλαβωσιν, eodem ſenſu: paulo aliter *Cap.* 30. de lupo marino: ουκοῦν ὁ μεν συλλαβων την καριδα καμουσαν κ. λ. Ex locis autem adductis conſtat quoque, αγραν etiam notare rem, quae capitur. Vide Cl. Kypke ac Pric. ad h. l. Add. Xenoph. in Κυνηγ. Conf. & Oppian. *Halieut. L.* IV. ϒ. 494. & 496. & Ariſtaen. l. c. Idem videas in Θηρα. Ανθρωπους εση ζωγρων. Eleganter dictum! ad capturam piſcium ſine dubio adluſit Dominus. Αγρευειν, Θηραν, & σαγηνευειν ſaepenumero ad homines tranſlata: in re amatoria paſſim reperias: vid. Muſaeus de *Her.* & *Leandr.* ϒ. 149. Sapph. *Carm. p.* 10. atque ita alii. Locus hic adpoſitus exſtat apud Xenoph. κ. π. *L.* II. *C.* 23. ους δε δη των εις τον πολεμον εργων ποιησασθαι τις βουλοιτο συνεργους προθυμους, τουτους παντα πασιν εμοιγε δοκει αγαθοις θηρατεον ειναι και λογοις και εργοις: Latini ita & *capere* adhibent. Apoſtoli homines caperent reti verbi Euangelici, non, quo ipſos perderent, ſed unice eorum ſaluti intenti, quam & illi ita certiſſime conſequerentur. De verbo ζωγρειν vide, quae habent Grotius, Wolfius & Wetſtenius. Saepe utitur Diod. Sic. vid. *L.* XI. *C.* 22. & *C.* 32. ζωγρια λαβειν τον στρατηγον dixit *L.* XVI. *C.* 16. alia dabit ὁ Πανν ad *Eclog.* II. *L.* XXV. *p.* 510.

Ib.

Ib. Com. 12. 13.

Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. κ. λ.

Egregie ita homo leprosus: in tua, Domine, est potestate, ut purificer, modo tibi placuerit! Ita de Domini potentia recte sentiebat: de voluntate ejus ipsi quidem non constabat; at bene tamen sperabat. Habes similia & apud exoticos, cum Graecos, tum Latinos. Callimach. *H. in Apollinem* ψ. 29. Τον χορον, ὡ 'πολλων &c. Τιμησει· δυναται γαρ, επει Διϊ δεξιὸς ἡσαι· vid. ad eum l. Cl. Ernesti, & quos laudat, Hemsterhus. & Heins. Add. Lucian. in *Abdic.* C. 26. μεμηνε και ἡ γυνη &c. δυνασαι δε συ παντα, ως εδειξας, ιῶ και ταυτην, και απαλλαττε της νοσου. Egregie Aristaenet. *L.* I. *Ep.* 16. συ τοινυν ὁ Ερως, δυνασαι γαρ, αυτην παρασκευασον πρωτην αιτησαι, και προτρεψαι, και καθηγησασθαι προς ευνην. Respondet autem misero benignissimus Servator: θελω, καθαρισθητι. Nihil gravius dici potest: tota res duobus verbis absolvitur: & ecce, ευθεως ἡ λεπρα απηλθεν απ' αυτου. Morbi & ασθενειαι apud Euangelistas passim veniunt tanquam personae, unde & hic illud απηλθεν. Ceterum recte alibi Isidor. Pelusiota notavit, hoc θελω, καθαρισθητι, esse αυτοκρατορος: Vid. *L.* IV. *Ep.* 166. Non multum abit, quod habemus *Com.* 24. Σοι λεγω, εγει-

ἐγειραι &c. Iſtud σοι λεγω eſt domini ſervo de aliqua re mandata dantis: Conf. Elsnerus ad *C.* VII. 14. C. Wolle ad Blackw. *Crit. S. N. T. pag.* 98. & Periz. ad Aelian. *V. H. L.* XIV. *C.* 38.

Ib. COM. 17.

Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν —— καὶ Ἱερουσαλὴμ· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς.

Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν paſſim explicant *die quodam*, nec male: quo autem hebdomadis die factum? Sabbathi, puto. α.) quia ſolebat Dominus die illo maxime docere. β.) quia Phariſaei & legis Doctores hic frequentes aderant. Ἱερουσαλὴμ poſſes vertere *Hieroſolymarum;* ſed malim cum Beza, aliisque, *Hieroſolymis.* Illud αὐτους in ultimis verbis ſollicitos admodum habet Interpretes: quid Heinſius, aliique cenſuerint, videbis apud Wolfium. Recte Ill. Grotius *loci illius homines:* habemus ſimiliter Com. 30. οἱ γραμματεις αὐτων, καὶ οἱ φαρισαιοι: ad quem l. quoque vid. Cl. Abreſch *Adnot. pag.* 571. Non male forte huc adplicueris, quod notavit Cl. Erneſti ad *Callim. H. in Dianam.* ℣. 240.

Ib.

Ib. Com. 19.

Διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτόν.

Δια ποιας. Pricaeus ſupplet ὁδοῦ, ut C. XIX. 4. conſentit Cl. L. Bos *Ell. Gr.* v. ὁδος. Ellipſis iſta frequens, ut ex ll. a Viris doctis adlatis conſtat: adde, ſi placet, *Obſ. Miſc. Vol.* VI. *pag.* 293. Aliquando tamen commodius ſubintellexeris θυρας, vel μηχανης: quod & hic malim. Αναβαντες επι το δωμα &c. Codex Cantabr. habet: Ἀνέβησαν ε. τ. δ. καὶ ἀποστεγάσαντες τοὺς κεράμους, ὅπου ἦν, καθῆκαν κ. λ. Sic & vetus Italica in Codice Veronenſi, *adſcenderunt ſupra tectum, & diſcoperuerunt* (pro *diſcoöperuerunt*) *tectum, & ſummiſerunt illum* &c. Καθηκαν non male verſum *ſummiſerunt*, quod & habemus in Vulgata; *ſubmittere* enim eſt *verſus terram mittere*, unde *ſubmittere faſces, genu* &c. Codex autem Vercellenſis *dimiſerunt*, pro *demiſerunt;* nam in his duobus verbis perpetua eſt confuſio: vid. doctiſſ. Arntzen. ad *Sedul. pag.* 150. Δωμα pro *tecto* apud τους ὁ & in N. T. frequens; rariſſime tamen ſic apud exoticos venit, nec niſi apud recentiores: vide, quae praeter Wolf. ad *Matth.* X. 27. notarunt Alberti *Obſ. pag.* 139. & de Rhoer *Fer. Dav. pag.* 12. Οικος non diſſimiliter etiam aliquando

eſt

est μερος τι της οικιας, ut notat Hesych. in v. Sozomeno in *Hist. Eccl.* alibi *cubicularius* dicitur οικου βασιλεως προεςως: plura dabunt VV. DD. ad *Act.* II. 2. Ceterum tecta Orientalium erant plana, & lateribus aut tegulis strata. Lege praeter Drusium ad h. l. Cl. D. Mill. *Diss. Sel. p.* 283. & inprimis doctiss. Shaw in *Itiner.* cujus tamen sententiae, tectum scilicet non esse perfossum, paralyticum itaque per foramen in lectulo funibus esse demissum, omnino obstare videtur locus Marci *C.* II. 4.

Ib. COM. 27.

Τελώνην ὀνόματι Λευΐν.

EAndem propemodum historiam de Matthaeo narrat Matth. *C.* IX. 9. seqq. unde Interpretes plerique omnes hunc Levin pro eodem cum Matthaeo habuerunt: & sunt tamen gravissimae rationes, quae communem hanc sententiam non, dubiam reddunt, sed, me quidem judice, omnino falsam esse evincunt: vid. Cl. Th. Hasaeus *Bibl. Brem.* Cl. V. *p.* 461. seqq. ubi pluribus probatum videbis, Levin nostrum esse Judam Thaddaeum, dictum Lebbaeum, Jacobi fratrem: Add. Cl. Wolf. ad *Marc.* II. 14., cujus Levi certissime idem ac hic: lege quoque Cl. Heumann., qui erudite totam hanc rem pertractavit: conf. &, si lubet, Cl. Harenb. *Misc. Lipsi Nova Vol.* III.

Ib. Com. 32.

Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Hujusmodi enunciata ſapientiae carnali os plane obturant. Agnoſcunt in his, & imis ſenſibus hauriunt divinam Euangelii virtutem animae, peccatorum ſenſu contritae, coeleſtique gratiae luce colluſtratae. Adpoſite vero καλειν hoc loco a Domino adhibitum, cum menſae adſideret. Καλειν nempe ſaepenumero pro *ad coenam invitare*. Vid. *Matth.* XXII. 8. ubi & nota illud *Com.* 14. πολλοι εισι κλητοι: Sic & οι εξω: vid. Raphel. ad 1 *Cor.* X. 27. ubi ex Xenophonte duo loca notavit, quibus plura addi poſſent. Sic *Cyrop. L.* II. *C.* 9. Κυρος δε αὐτῳ σκηνην μεν κατεσκευασατο, ὡσε ἱκανην εχειν, οὐς καλοιη επι το δειπνον. Vid. & *C.* 19. ubi ita plus ſemel, & *C.* 20. absque addito τῳ, επι δειπνον. Ael. quoque *V. H. L.* XII. *C.* 51. & ſexcenti alii. Eodem ſenſu ακλητοι Antiphanes apud Athenaeum *L.* I. *pag.* 4. F. Hinc & κλητηρες vel κλητορες, quibus invitandi homines ad coenam datur negotium: Lat. *vocatores;* nam & hi *vocare* eodem modo uſurpant; unde & *vocationes* pro *invitationibus:* vid. Cl. Burm. ad *Phaedr.* I. 26. ubi recte *vocaſſe* legendum cenſet: Adde omnino Cl. Rittershuſ. ad *Oppian.*

pian. Hal. L. III. ℣. 232. Ceterum καλεῖν & κηλεῖν ſaepius confuſa, de quo hic jam non eſt agendi locus.

Ib. COM. 36.

Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, κ. λ.

Novam hujus parabolae explicationem dedit Cl. Kypke: Senſus ſcilicet ex ejus ſententia huc redit: *neminem adeo imprudentem eſſe ſolere, ut veſtem novam ex panno jam confectam, laceret, ut ex illa ſupplementum aliquod petere poſſit, ad veſtem veterem reſarciendam; ſic enim veſtem novam, quae multo majoris ſit pretii, magno poſſeſſoris damno lacerari, nec multum tamen novam hanc laciniam prodeſſe veſtimento veteri.* Verbis Lucae haec ſic ſatis convenire, neminem, credit Vir doctiſſ., negaturum. Fac, ita eſſe. Verum, quomodo haec interpretatio convenit cum verbis Matthaei ac Marci? Hic aqua haeret: vide quomodo hic ſe torqueat praeſtantiſſimus Kypkius, praeſertim in loco Marci. Mihi omnia ſatis expedita videntur. Quod hic ἱματιον καινον, ceteris Euangeliſtis eſt ῥακος αγναφον, de quo, praeter Cl. Alberti aliosque ad Matth. l., vid. Cl. Schoettg. *Antiq. fullon. pag.* 4. Ἱματιον παλαιον eſt *veſtimentum detritum.* Ει δε μηγε eſt *alioqui:* Vid.

Cl. L. Bos *Ell. Gr.* paulo tamen aliter hic venit, quam in exemplis ibi productis; hic enim tantumdem eſt ac, *niſi vero cautione utatur, niſi caveat.* Και το καινον σχιζει, το παλαιον ιματιον ſcilicet. Aliam inſuper rationem addit Dominus: και τῳ παλαιῳ ου συμφωνει επιβλημα το απο του καινου: *non congruit*, vel, ſi mavis, *non conſentit* &c. De inanimatis ſaepius verba adhibentur, quae animatis proprie tantum competunt; quod, quia res eſt notiſſima, hic pluribus probare nihil adtinet: επιβλημα το απο του καινου illuſtrat illud Matthaei το πληρωμα αυτου, quod itaque eſt *ſupplementum ex rudi panno ſumtum.* Ceterum hac parabola ſupremus Magiſter docet, res duas e diametro ſibi oppoſitas in una ſede non poſſe morari; & ſi talia inter ſe conjungere inſtituas, te rem adgredi periculoſae plenam aleae: ita enim omnia in deterius abitura.

CA-

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

COM. I.

Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ κ. λ.

Quid ſit σαββατον δευτεροπρωτον, non convenit inter doctos. Refert Hieronymus *Epiſt. ad Nepotianum*, cum ipſe aliquando Gregor. Nazianz. ſuum praeceptorem interrogaſſet, quid apud Lucam eſſet σαββατον δευτεροπρωτον, illum reſpondiſſe: *hoc te docebo in Eccleſia, in qua, omni populo mihi acclamante, cogeris ſcire, quod neſcis; aut, ſi reticueris ſolus, ab omnibus ſtultus condemnaberis:* quo quidem dicto, ut monet Valeſius *Emendat. pag.* 173. ſignificaſſe videtur, in ſabbati illius explicatione magnam eſſe difficultatem, nec ſibi liquido compertum eſſe, quid ea voce ſignificaretur: itaque in concione id docendum eſſe, ubi res non ita ſevere examinantur. In re difficili prae ceteris mihi adhucdum adridet Grotii ſententia. Varias autem Eruditorum interpretationes more ſuo diligenter recenſet Cl. Wolf. Adde Cl. Burm. P. *Harmon. Euang. p.* 366. ſeqq. & Cl. Heumann. Διὰ των σπορίμων: non vertendum *per ſata*, ſed *propter* vel *praeter ſata*, belg. *langs*

het gezaeyde. Sic διω venit non tantum apud τους ὁ & Noſtrum *C.* XIX. 4.; ſed & apud praeſtantiſſimos quosque Scriptores: ut egregie docuit Cl. Abreſch in *Adnot. ad h. l.* & *Dilucid. Thucyd. pag.* 60. Joſephus & ita dixit, διω της Αχαιας πλειν, *B. J. L.* IV. *C.* 9. *Sect.* 2. Ετιλλον τους ϛαχυας: Eandem phraſin habet Diod. Sic. loco ab aliis jam laudato, *L.* V. *C.* 21. Notum proverbium φαλακρὸν τίλλεις, de inani opera. Gloſſae veteres τιλμος οσπριων *enuleſtinium*, *enuleſtio*, lege cum Vulc. *leguminum evulſio*, vel potius *evulſio lentium*, *evulſio.* Ψωχοντες ταις χερσι. ψωχοντες Heſychius & Suidas interpretantur λεπτυνοντες: qui lapides caedit & terit, dicitur ψωκτης. Manetho *Apot. L.* IV. ℣. 326.

Η δε λιθοψωκτῳ καματῳ βιον ιθυνοντας.

Ejusdem indolis eſt verbum σωχω, de quo vid. Cl. Alberti ad *Heſych.* κατασωχω habet *Herodot. L.* IV. *C.* 75. ubi Cl. Weſſeling. Notius ψηχω, καταψηχω, de quo videſis, quae erudite notavit Pierſ. *Veriſimil. p.* 132, 133.

Ib.

Ib. COM. 5.

Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

Codex Cantabrigienſis male hoc Comma habet poſt Com. 10. ut vel ex eo patet, quod Comm. 10. & 11. cohaereant: praeterquam, quod & Matthaeus ac Marcus eodem modo referant. Ceterum, minus bene Grotius aliique per *filium hominis* hic intelligunt *quemvis hominem:* ita enim illa phraſis, quantum equidem novi, in N. T. nullibi occurrit: adfert quidem Vir maximus *Matth.* XII. 32. verum απροσδιονυσως, quia ibi certiſſime Dominus de ſe loquitur: neque locus Marci id ita apertum facit, ut contradici nequeat, quemadmodum ſcribit Vir illuſtris; ex eo enim, quod hominis cauſa factum ſit ſabbatum, non ſequitur, hominem itaque dominum eſſe ſabbati. Omnia ex adverſo recte procedunt, ſi de Chriſto interpreteris. Ait nempe Dominus, το σαββατον δια τον ανθρωπον εγενετο, ουχ' ὁ ανθρωπος δια το σαββατον: hiſce verbis verum Dei ſcopum in datione ſabbati aperit Servator: ſabbatum ab ipſis rerum primordiis homini a Deo unice datum ad ipſius ſalutem, cum quoad corpus, tum quoad animam, promovendam; non contra ea factus homo, ut otio & αργιᾳ ſabbato velut gratiam faceret. Haec cum ita ſint, mihi, inquit Dominus,

nus, qui in mundum veni, hominum ſaluti ut conſulam, invigilemque, poteſtas conpetit, non jam abrogandi ſabbati, quod cum orationis nexu minus convenit; ſed de ſabbato ita conſtituendi, ut iſti, in quem inſtitutum eſt, ſcopo exacte reſpondeat: conf. ſi placet, Cl. Cocc. *Opp. T.* VIII. *Ep.* 227. *p. m.* 160. In nonnullis autem Codd. huic, & ſequenti Commati haec interſeruntur: Τῃ αυτῃ ἡμερᾳ θεασαμενος τινα εργαζομενον τῳ Σαββατῳ, ειπεν αυτῳ. Ανθρωπε, εἰ μεν οιδας, τι ποιεις, μακαριος εἶ· εἰ δε μη οιδας, επικαταρατος και παραβατης εἶ του νομου: verum iſta cum Beza, Grotio aliisque Viris doctis, pro ſpuriis habeo, parumque ſapientibus majeſtatem Domini, aut etiam veritatem Euangelicam; quanquam forte ita explicari poſſint, ut cum ea non plane pugnent. Conf. Wolf. Add. & Harenb. *Bibl. Brem. nova Cl.* II. *p.* 423, 424.

Ib. Com. 10.

Περιβλεψάμενος —— καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶς αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

Egregie περιβλεψαμενος. Vultu ad gravitatem conpoſito, auctoritatemque ac majeſtatem quandam prae ſe ferente, cunctos circumſpiciebat Dominus. Αποκατεσταθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Αποκαθιστανειν Medicorum filii uſurpant pro *reſtituere aliquem ſanitati.* Si illud ὑγιὴς hic abeſſet, ego quidem non deſiderarem. Multi Codd. non ag-

no-

noſcunt, nec Verſio utraque *Syra*. Vid. Wetſten. Αλλος hic, ut ſaepe, praeſertim apud recentiores, pro ἑτερος *alter*. Aelian. promiſcue ἑτερος Ηρακλης & αλλος Ηρακλης: *V. H. L.* XII. *C.* 22. Idem ſic Αλεξανδρος αλλος &c. Atque ita plures alii. Latini ſimiliter *alius* pro *altero*, & viciſſim *alter* pro *alio* quovis. Vid. Cl. Burm. ad *Phaedr.* I. 4, 4. & 19. 3.

Ib. COM. 11.

Ἐωλήσθησαν ἀνοίας.

Boiſius ſubſtituebat ἀνίας. Non nego, haec aliquando confuſa; atque ita forte in *Excerpt. Valeſii ex Damaſc. pag.* 434. pro ανοιᾳ, quod in exemplari ſuo habebat ὁ Πανυ, legendum ανιᾳ: Verum ανοιας hic probum eſt. Ανοια paſſim venit pro *ſtultitia*, *amentia*: ſic Lucianus in fine libri *de ſacrificiis*: Ηρακλειτου τινος ἢ Δημοκριτου, του μεν γελασομενου την ανοιαν αυτων, του δε την αγνοιαν οδυρομενου. Vid. & Thucyd. *L.* II. 61. & *L.* VI. *C.* 16. ubi και ουκ αχρηιος ἢδ' ἡ ανοια, ut bene edidit Cl. Kuſter. pro ἡ διανοια: vid. & ibi Scholiaſten, apud quem pro αγνοια lege ανοια; nam & haec ſaepe inter ſe permixta: ut monuit Valeſ. in *Adnot. ad l. c. p.* 64. Add. Iſocrat. *Panegyr.* Και ταυτα παντα γεγονε δια την ἡμετεραν ανοιαν, αλλ' οὐ δια την εκεινου δυναμιν: Aelian. item *V. H.* XII. 51. aliique. Dicitur porro & de iis, qui profligatae ſunt audaciae, & calidi ad quamvis rem agendam conſi-

lii. Thucyd. III. 48. ὁσις γαρ ευ βουλευεται προς τους εναντιους, κρεισσων εξιν, ἢ μετ' εργων ισχυος ανοιᾳ επιων: & ſic ſaepius. Venit & pro ea amentiae ſpecie, quae ex faſtu originem ducit, nec non pro animi inpotentia. Sic Aelian. *V. H. L.* IX. *C.* 41. ubi Pauſanias ad Simonidem, ω ξενε Κειε, μεγα τι αρα χρημα ἦν ὁ λογος σου, εγω δε ὑπ' ανοιας ουδεν αυτον ωμην ειναι. Confer, quae praecedunt: Atque ita plus ſemel reperias de tyrannis. Ex quibus jam videmus, quam adpoſite Lucas h. l. illam vocem adhibuerit.

Ib. Com. 12.

Καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.

Videmus hic in Oleario, aliisque Viris eruditis, ad quam alienas ſaepe docta ingenia delabantur interpretationes. Προσευχη ſcilicet hic jam non ſignificat *preces;* ſed *oratorium.* At nihil clarius, nihil certius, quam την προσευχην του Θεου notare *precationem Dei*, ut Livius *L.* II. *C.* 8. *inter precationem Deûm:* Thucyd. eodem modo *L.* III. *C.* 67. πολλῳ δικαιοτεραν ὑμων ικετειαν ποιουνται: ubi ὑμων omnino retinendum; atque ita ſaepius: conf. Kypke, qui ſolide iſtam ſententiam refutavit: vide & Wetſten. atque locis magna ibi copia productis, ad probandum, διανυκτερευειν non tantum de locis dici; ſed & de rebus, negotiisque, in quibus quis verſatur, adde

adde Diod. Sic. *L.* XIII. *C.* 62. οἱ δ' ἐν τῇ πολει καταλειφθεντες διεννυκτερευον μεν εν τοις ὁπλοις επι των τειχων.

Ib. COM. 17.

Καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος.

Non vertendum: *& maritima Tyro & Sidone;* ſed, *& maritima regione Tyri & Sidonis*, vel Tyro & Sidoni vicina: ut cum aliis recte notavit Kypke. Vox παραλιος ſcilicet ita ſaepe elliptice occurrit. Locis a Cl. Viro, itemque a Wetſten., hic adductis adde Diod. Sic. *L.* III. *C.* 17. Plura talia. Porro, vox παραλος vel παραλιος, adhibetur quidem de omnibus, quae ad mare ſita, vel quae mari proxima ſunt, vid. Herodot. *L.* VII. *C.* 61. Ariſtoph. *Avib.* ℣. 1204. cum Schol. *Ran.* ℣. 1103. *Acharn.* ℣. 1157.; de *locis* tamen maxime: verum de urbibus vix invenias: uſurpant enim tum v. παραθαλασσιος, vel παραθαλασσιδιος: conf. Thucyd. *L.* VI. *C.* 62. & alii. Tandem regio illa circa Tyrum & Sidonem Phoeniciae urbes dicta φοινικη παραλος: vid. Cl. Weſſeling. ad *Hierocl. Synecdem. pag.* 715.

Ib.

Ib. Com. 20.

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ κ. λ.

Si hic Domini ſermo, quod mihi probabile fit, idem ſit, ac quem apud Matthaeum habemus *C.* V. alter alterum egregie illuſtrat. Quae Servator magis generatim proponit *Matth.* V. 1—10. ſpeciatim ſpectant diſcipulos, quod & diſcimus ex *Com.* 11. *& ſeqq.* Verum hoc certiſſime conſtat ex Luca noſtro. Cum Chriſti verba hic & in ſeqq. legimus, non poſſumus non ea proprie accipere. Dicit Dominus: Μακαριοι οἱ πτωχοι, ὁτι ὑμετερα εϛιν ἡ βασιλεια του θεου: confer jam quod habes *C.* XII. 32–34. Oppoſitum, quod ſequitur Com. 24. πλην ουαι ὑμιν τοις πλουσιοις, ὁτι απεχετε την παρακλησιν ὑμων: confer & hic *C.* XVI. 25. Porro Μακαριοι οἱ πεινωντες νυν. Oppoſitum illud Com. 25. ουαι ὑμιν οἱ εμπεπλησμενοι. Ariſtoph. *Equit.* ν. 930. των τευθιδων εμπλημενος. Sequitur: Μακαριοι οἱ κλαιοντες νυν, ὁτι γελασετε. Oppoſitum ουαι ὑμιν οἱ γελωντες νυν· ὁτι πενθησετε και κλαυσετε. Sectatores Domini, quique ejus doctrinam & inſtituta amplectebantur, plerique omnes erant pauperes, abjecti &c. Vid. quae in hanc rem pluribus notavit doctiſſ. I. Lamius *de eruditione Apoſt. p.* 27. *& ſeqq.* Divites ex adverſo Dominum paſſim adſpernabantur, & rejiciebant: ut docet Euangelica hiſtoria. Ita Matth. igitur quoque intelligendus. Verum hic viciſſim heic fa-

Digitized by Google

facem praefert, ad quam Domini mentem penitius introſpiciamus. Pauperes hi animo erant demiſſi, tangebantur ſenſu ſuae inopiae, omnem ſuam ſpem in Deo, ejusque gratia, collocabant: hi ſunt πτωχοι τῳ πνευματι. Iſta idea & hic adoptanda: atque ſic in ceteris, quae pluribus exſequi jam non vacat.

Ib. COM. 22.

Ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν.

Οἱ ανθρωποι a Matthaeo non additum: ſaepe hoc ſubintelligitur, ut apud Latinos *homines:* de quo vide, ſi tanti ſit, Cl. Burman. ad *Phaedr. L.* II. *Epil.* ϒ. 1. Αφοριζειν Pricaeo hic idem eſt, quod *Act.* XV. 30. εκ των ὁριων εκβαλλειν, *e finibus*, vel *ditionis terminis ejicere;* ſed certiſſime eſt, quod vulgo dicunt, *excommunicare:* vide quae notavit hic Ill. Grotius. Ονειδιζειν adhibetur de publicis, privatisque conviciis, vel exprobrationibus: vid. Raph. ad Matth. Horreus *Obſ. Crit. pag.* 79. Cl. Weſſeling. & Valcken. ad Herod. *pag.* 19, 20. Ad ea, quae ſequuntur, plura obſervata a Viris doctiſſimis, Grotio, Pricaeo, Raphelio, Alberto, Kypkio, aliisque. Addo & ego nonnulla. Εκβαλλειν inter alia notat *nihili ducere, adſpernari, contemnere.* Cl. Periz. ad Aelian. *V. H. L.* XIII. *C.* 17. &

Cl.

Cl. Abreſch in *Adnot.* hanc notionem e theatro arceſſendam putant, in quo ſcilicet εκβαλλεσθαι dicebatur hiſtrio, qui non placebat; Latini id quoque *ejici* dicebant: Cicero ita *ejectus & explosus*, quod Graece diceres εκβληθεις και συριχθεις: quae duo ſaepius junguntur. Aeſchin. *Dial.* III. *C.* 12. δημου παιγνιον εκβαλλομενον, συριττομενον. Add. Suid. v. μαψιμον. Non admodum quidem refragor; malim tamen inde derivare, quod, quae inutilia nihilique ducimus, ejicere ſoleamus: notiſſimum illud Heracliti, Νεκυες κοπριων εκβλητοτεροι, de quo vid. Kuhn. ad *Polluc.* V. §. 163. & Caſaub. ad *Sueton.* III. 61. Vulgatus bene, ſi ita intelligas, *ejecerint.* Εκβαλωσι το ονομα υμων ως πονηρον, ait Dominus: poſſes forte per ονομα in genere intelligere *bonam famam:* ſpecialius tamen innui putem *nomen Chriſtianum.* Conferendus hic inſignis locus Jacobi *Cap.* II. *Com.* 7. ουκ αυτοι βλασφημουσι το καλον ονομα το επικληθεν εφ' υμας; quodnam quaeſo illud καλον ονομα? Nomen Domini noſtri, Jeſu Chriſti. Quid pulcrius illo nomine? Hoc omni encomio majus, omnique gratia plenum. Verum quid eſt illud επικληθεν εφ' υμας? an eſt hypallage, ut volebat Pricaeus? Nequaquam: phraſis eſt hebraizans, qua nomen alicujus dicitur επικαλεισθαι επι τινα, quando ille de nomine ipſius adpellatur, ab eoque cognominatur: conf. Cl. Vitring. de *Synagoga vetere p.* 275. & Cl. L'Empereur ad *Kimchii* ὁδοιπορίαν *pag.* 275. ſeqq. Ita Chriſti diſcipuli de nomine ejus dicebantur *Chriſtiani*, χρησιανοι: vid. *Act.* XI. 26. quo de vid. Suidas v. Ναζηραιος. Euſebius egregium hoc nomen ob

ocu-

oculos habens *H. E. L.* V. *C.* 1. *p.* 130. vocat την παντιμον, και ενδοξον και ζωοποιον προσηγοριαν: & *p.* 128. poſtquam de S. Martyre narraſſet, ipſum ad omnia interrogata reſpondiſſe, *Chriſtianus ſum*, addit τουτο και αντι ονοματος, και αντι πολεως, και αντι γενους, και αντι παντος επαλληλως ωμολογει. Ita decet veros Chriſtianos, & qui ita adfecti ſunt, ſua demum bona norunt! Ceterum hoc jam nomen nihili ducerent, averſarentur & contemnerent homines ως πονηρον, adeoque non niſi conculcatione dignum.

Ib. COM. 24.

Κατα ταυτα.

Caſaubonus hic, pluribusque locis, ut Com. 26. & infra *C.* XVII. 30. legendum cenſet κατα ταυτα. Sic & alii: vid. Mill. & Wetſten. h. l. & ad Com. 26. Praeierat Beza. Conſtat ſane, ſaepe haec duo inter ſe confundi: ita pro ταυτα ſubſtituendum eſſe τ' αυτα, ad *Antoninum* ſaepe monuit Gatack. vid. ad *L.* IV. §. 32. & *L.* IX. *C.* 14. conf. & Hemſterh. *Obſ. Miſc. Vol.* III. *p.* 412. Codex Guelpherb. B. habet hic etiam τα αυτα. Sunt tamen loca, ubi haec criſis minus neceſſaria; atque inter haec & noſtrum hunc retulerim: vid. hic Raphel. & conf. Abr. *Obſ. Miſc. Vol* X. *p.* 207.

Ib.

Digitized by Google

Ib. Com. 26.

Καλῶς ὑμᾶς εἴρωσι.

Cantabrig. Cod. ὑμῖν: ειπειν ſcilicet & λεγειν etiam cum dat. conſtruitur: Attici autem duplicem accuſativum adjungunt: vid. Ill. Ezech. Spanhem. ad *Comici Nubes* ℣. 832. ὑμας & ὑμιν ſaepius in libris ſcriptis confuſa: ita mox Com. 28. pro καταρωμενους ὑμῖν plures Codd., inter quos & Guelpherb. A. habent κ. ὑμᾶς. Nihil tamen nec ibi, nec hoc loco mutandum.

Ib. Com. 27. 28.

Τοῖς ἀκούουσιν —— Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν· καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.

Notandum hic illud τοις ακουουσιν: Quae ſcilicet ſequuntur praecepta, carni admodum ſunt ingrata: fruſtra talia plerisque proponerentur: hinc itaque Dominus: vobis dico τοις ακουουσιν, qui, quae doceo, benevola mente accipitis, lubentesque in animum veſtrum admittitis, parati & vita veſtra exprimere: vid. hic Grot. & Pric., qui recte hunc locum explicuerunt. Εὐλογεῖτε τ. κ. ὑ. Apud probatiſſimos auctores ευλογειν notat *laudare*, quo de praeter L. Bos, &

& Elsner. ad *Cap.* I. 64. vide Albert. *Gloss. N. T. pag.* 121, 122. Ex Hebraismo autem notat *benedicere.* Utraque significatio hic locum obtinet, maxime tamen posterior. Επηρεάζοντας ὑμᾶς. Επηρεια *injuria*, *contumelia*, vid. Suidas in v. Hinc επηρεαζειν *injuriam facere* tam re quam *verbis*, & fere in contumeliam inferioris. Ampla vis hujus verbi. Apud recentiores saepe venit pro *calumniari*, *obtrectare*, in foro maxime. Plura de h. v. collegit Wetsten. ad *Matth.* Conf. & Elsner. ad eum l. Eximia sunt, quae notavit Cl. Wasse ad Thucyd. I. 27. adde Cl. Fabric. ad *Sext. Empir. pag.* 338. & Cl. Wesseling. ad *Herodot. L. V. C.* 9. Ceterum egregie hic scandit oratio: plus επηρεαζειν, quam καταρασθαι; hoc intra verba consistit, illud complectitur omne genus injuriarum, calumniarum, & vexationum: plus etiam προσευχεσθαι ὑπερ τινος, quam ευλογειν. Observa autem mihi quaeso hoc loco, quam omnibus numeris absoluta sit ethica Christiana: nunquam sane ad illum perfectionis apicem adscenderunt, maxime, qui aetatem Domini anteverterunt, Philosophi. Ejusdem commatis sunt, quae sequuntur, ad quae nonnulla quoque monenda.

Ib. Com. 29. 30.

Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα —— καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον κ. λ.

Clemens Alexandr. *Opp. T.* I. *pag.* 307. ed. Pott. pro επι την σιαγονα habet εις την σιαγονα: in iis vero, quae apud ipſum ſequuntur, verba Lucae noſtri cum verbis Matthaei confundit, quod ſaepe faciunt Patres δια μνημης S. Script. recitantes, ut bene notavit Cl. Editor. Pro τυπτειν επι την σιαγονα Attici dicunt τυπτειν, πατασσειν επι κορρης: vid. ad *Thom. pag.* 346. Matth. *C.* V. 39. ὁςις σε ραπισει επι την δεξιαν σου σιαγονα: quo de vide ſis *virorum aliquot erudit. in Ariſtaen. Epiſt. Conjecturae communicatae cum Edit. noviſſimo p.* 65. In ſequentibus, απο του αιροντος σου το ἱματιον, και τον χιτωνα μη κωλυσης, animadvertis, ut puto, diſcrimen, quod intercedit inter ἱματιον & χιτων, de quo plura, ſi tanti ſit, vide apud VV. DD. laudatos a Wolf. ad *Matth.* V. 40. & Elsner. *Obſ. T. I. pag.* 110. Αἴρειν nonnunquam idem, quod ἀφαιρειν vel ἀφαιρεισθαι, ut docuit Pricaeus, atque ita certe h. l., quod & praecedd. docent. Phraſis κωλυειν χιτωνα &c. ad communem dialectum Gr. pertinet. In eo, quod ſequitur, commate nota verba αιτειν & απαιτειν, quorum diſcrimen adtigit Caſaubon. ad *Theophr. Charact. p. m.* 292. Αιτειν nempe proprie eſt eorum, qui aliquid rogant, quod reddendum non eſt, atque in eo dif-

differt ab αιτεισθαι: de quo plura notabimus ad C. XI. 9. Hinc mox intelligis, quid velit Dominus, cum dicit: παντι τῳ αιτουντι σε διδου. Απαιτειν vero est repetere, quod sibi debeatur: de credita, quae reposcitur, pecunia passim reperias: vid. apud Stobaeum *p.* 310. Herodot. *L.* VI. *C.* 86. ὃς δ' ἂν ἐχων ταυτα απαιτεῃ, τουτῳ αποδουναι; & paulo post, και αποδεικνυντες τα συμβολα, απαιτεον τα χρηματα: sic & Aristoph. aliique. Adhibetur & de iis, qui tributa exigunt, quod alias dicebant εκλεγειν φορους, Arrian. *L.* III. *C.* 16. Aeschin. κατα Τιμ. *p. m.* 17. μαρτυριαν τελωνου του παρα Τιμαρχου τουτο εκλεξαντος το τελος, ubi ex Codice Francii margini adscriptum reperio απαιτησαντος. In Gloss. Nom. v. ὁ δε Ρεπετουνδις, ηγουν ὁ περι απαιτουντων και αναλαμβανοντων χρηματα cet. v. Φλεγιτατῳ απαιτητης: & v. Φλεγιτω· μετα βιας απαιτω: unde vides etiam venire pro dolo, vel vi quadam tanquam debitum extorquere. In judicio quoque est frequens, atque ita saepe in iisdem Glossis, & alibi. Haec sufficiunt. Αιρειν forte hic idem est, quod dicunt αιτεισθαι: quando απαιτειν priori illo, quem indicavi, sensu capiendum: malim tamen αιρειν hic eodem modo explicare, ac in praecedd., ita ut sit, furto, vel aperta vi tollere: atque sic prohibet Opt. Servator, rigide, quemadmodum solent homines, jure suo uti ad id, quod suum est, recuperandum: contra vero non nisi ex lege charitatis agere.

Ib. Com. 35.

Μηδὲν ἀπελπίζοντες —— χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηροὺς.

Duo Codd. legunt αφελπιζοντες, Cantabrig. ſcilicet, & Guelpherbyt. A. Diſſentiunt admodum Interpretes, quomodo phraſis illa, μηδεν απελπιζοντες, ſit explicanda. Syrus interpres ita intellexit, ut notet *ne ſpem ullius praecidite;* neque enim illa verſio hic eſt corrupta: vide Cl. Weſſeling. *Diſſ. de Euangel. non emendatis pag.* 129. ubi & inter alia monet ὁ Παυ, eſſe eorum, quae in Graecis habemus, μηδεν απελπιζοντες ſcilicet, interpretationem; verum forte legit μηδεν᾽ pro μηδενα: quomodo & legendum cenſent doctiſſimi Viri, de Dieu, Knatchbull, aliique. Minus bene, ut puto. Μηδὲν facile του μηδεν᾽ locum occupare potuiſſe, non eſt quod negem: ita v. g. apud Sophoc. *Ajace* ϒ. 20. in mea edit. ουδὲν αλλον pro ουδεν᾽, & alibi: non tamen id temere adſumendum. Verba neutra, fateor, ſaepe tranſitive veniunt: quod vero ita απελπιζειν adhibitum ſit, non liquet. Novi equidem, ſcribere hic Ill. Grotium. „ Legit omnino Syrus μηδὲν᾽ απελπιζοντες, & απελπιζειν ſumit active, ut αποσομιζειν, atque „ alia, quae ad formam Hiphil fingunt Helleniſtae; ſed & Graeci interdum απελπιζειν ita „ uſurpant.„ Verum exempla, vellem, addi-

didiſſet Vir ſummus; nam απελπιζειν σωτηριαν, το ζην, & ſimilia plura apud Diod. Sic., aliosque, quibus reſpondent illa Latin. *deſperare Rempublicam*, *conſilii eventum* &c. de quibus vide Cl. Oudendorp. ad *Frontin. p.* 460. huc non pertinent; neque hic prorſus ſatisfaciunt, quae in medium adtulit Cl. de Dieu; &, quod notavit Knatchb. *ulcera jam deſperantia cicatricem*, de eo vide magnum J. F. Gronov. *Not. in aliquot libros Plinii ſecundi pag.* 28. Errorem Cl. Graevii pro επελπιζει apud Lucian. *Dial. mort.* V. legendum volentis απελπιζει, *ad deſperationem eos redigit*, ſatis caſtigarunt J. Jenſius & Ti. Hemſterhuſ. *pag.* 344, 345. Neque ex eo, quod επελπιζειν uſurpetur pro εις ελπιδα αγειν *ſpe propoſita lactare*, jure ſtatim collegeris, απελπιζειν contra ea ſignificaſſe, *ad deſperationem redigere*. Si itaque hic locus commode aliter explicari queat, retenta vulgata lectione, quae omnium Codd. auctoritate nititur, id certe multum praeſtat: atque id fieri poſſe, jam niſi fallor, videbimus. Απελπιζειν conſtanter uſurpatur pro *deſperare*; qua itaque ſignificatione & hic a ſummis Viris accipitur: quando ſenſus hic eſt: *nihil deſperantes*, de veſtra ſcilicet mercede; nam, ut ſequitur, εσαι ὁμισθος πολυς &c. Vid. praeter Elsner. & Wetſten. τον Παυν ad Diod. Sic. *L.* XX. *C.* 78. Communior vero interpretatio habet: *nihil inde* vel *ab eo ſperantes*, acſi nempe ſcriptum eſſet, μηδεν απο τουτου ελπιζοντες: atque in hanc explicationem cum aliis magis inclino. Requirere illam omnino videntur illa Com. praec. εαν δανειζητε, παρ' ὡν ελπιζετε απο-

λαβειν. Unicum, quod obſtat, eſt, quod απελπιζειν ita nullibi, quantum conſtat, reperiatur; verum haec difficultas tanti non eſt. Favet enim ſignificationi, quam voci hic tribuimus, Analogia linguae, & uſus in verbis απεχειν, απεσθιειν, απογευσασθαι, aliisque, ut docuerunt Viri magni Salmaſius & Caſaubonus, inprimis Cl. Abreſch *Adnotat. pag.* 591—593. Certe talia exſtant in omnibus Linguis: unum dumtaxat exemplum addam. Livius *L.* I. *Cap.* 12. *Adverteratque ea res etiam Sabinos tanto periculo viri: adverterat* ibi eſt, eo, ad eam paludem verterat &c. Χρηστος εστιν επι τους αχαριστους και πονηρους. Amat Demoſthen. αχαριστους και πονηρους jungere: ſic & Lucianus, aliique. Vid. Elsner. & Wetſten. Sunt homines, qui acceptum beneficium non agnoſcunt, &, quod contraxerant, debitum non ſolvunt; hi enim propria quadam ratione ita dicuntur. Omne genus beneficiis a Deo O. M. in dies cumulamur, & toti quanti in ejus aere ſumus; ſed vere ſumus αχαριστοι και πονηροι. An jam propterea benignitatis ſuae rivos nobis occludit Dominus? Nequaquam: χρηστος εστιν &c. Imitatores Dei hic ſimus oportet, praeſtando ea, quae in praecedd. ſummus Magiſter praeſcripſit, officia.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 37. 38.

Ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε. —— Δίδοτε κ. λ.

Ἀπολυειν plura notat, quae hic forte locum invenire poſſint. Significat aliquem *exſolvere debito:* Sic Diod. Sic. *L.* I. *C.* 79. ἀπολυεσθαι του δανειου; & alio loco, παντας ἀπελυσε του χρεως: Vid. & *Excerpt. Valeſ. p.* 418. ubi ἀπολυσις του χρεους. Venit & pro *captivum dimittere*, ut nemini non notum, atque hoc propius adcedit. Sed & uſurpatur pro *judicio abſolvere*, verba enim καταδικασαι, quod praecedit, & hoc ἀπολυειν eximie ſunt judicis: Vid. doctiſſ. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 10. & prae ceteris Cl. Valcken. ad *Herod.* IV. 68. atque hoc ſine dubio jam maxime hic uſu venit. Ad ſeqq. διδοτε &c. exſtat docta nota του Παυω Caſaub. ad *Theophr. Char. p. m.* 296, 297. Ad meliorem egregrii loci intellectum obſerves oportet, diſtinctionem eſſe ponendam poſt σεσαλευμενον, & verbum διδοτε repetendum eſſe ante μετρον &c. quando ſenſus hic eſt: *date, & dabitur vobis: date menſuram bonam, preſſam & concuſſam: &*, vel *tum, abundantem dabunt in ſinum veſtrum.* Sic poſteriora prioribus belle reſpondent, & aptiſſime ſubjungitur: τῳ γαρ αυτῳ μετρῳ &c. Ceterum Cod. Guelpherbytanus A. pro αντιμετρηθησεται habet ſimplex μετρηθησεται.

Ib. Com. 39. 40.

Μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; ——— κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

Duo haec Commata multum negotii faceſſunt Interpretibus. Divelluntur, his interpoſitis, quae apud Matth. *Cap.* VII. 1—5. arctisſime inter ſe cohaerent. Neque ſatis adparet, quomodo vel praecedentibus vel ſequentibus reſpondeant, unde & in nexu admodum laborant plerique Commentatores. Fruſtra vero id fieri cenſet Ill. Grotius; Lucam enim, cum multas Chriſti ſententias recitaſſet, has etiam, quanquam alio forte tempore & occaſione pronunciatas, huc referendas putaſſe. Alio tempore & occaſione ſententias has eſſe pronunciatas, non equidem ſimpliciter negaverim: loca Matthaei & Joannis id ſatis evincunt. Verum illud hoc tempore quoque non factum, nequaquam putem. Veniunt hic tanquam pars longioris ſermonis, quem jam habuit Dominus. Eadem variis temporibus paſſim locutus, iisdemque inprimis proverbialibus locutionibus, e quarum numero & hae ſunt, diverſis occaſionibus ad inſtitutum ſuum ſaepe uſus eſt Servator. Hoc autem poſito, debet aliquis nexus dari inter has ſententias, & ea, quae praecedunt, ac ſequuntur, quemadmodum in ceteris locis, ubi occurrunt.

Digitized by Google

runt. Nexus vero hic mihi esse videtur. Quae Dominus in praecedd. tangit vitia, in gente Judaica hoc tempore valde grassabantur. Pharisaei in aliorum vitiis acutum cernebant, dum sua oculis male lippi inunctis videbant: aliorum hinc vitia male creati hi censores perstringebant, taxabant, condemnabant: gloriabantur isti homines, se esse ὁδηγους τυφλων, φως των εν σκοτει, παιδευτας αφρονων, διδασκαλους νηπιων. Egregii profecto magistri! Macti talibus doctoribus discipuli! Vides jam cohaerentiam? Ceterum, quod ad verba Com. 40. nota κατηρτισμενος aeque ac εξηρτισμενος, quod habes 2 *Tim.* III. 17. respondere Hebraicae voci גמר: vid. Cl. Vitring. *Obs. L.* I. *C.* 5. §. 4. Πας, ut alii jam observarunt, non tantum est *omnis*, sed & *totus*, atque ita hic sumendum: vid. Raphelius, & conf. in hunc v. usum Horreus *Obs. Crit. pag.* 42, 43. nec non Arntzen. ad *C. Sedulii Carm. L.* V. v. 426. Homerus ita saepius: Eustathius ad *Il.* X. scribit: εϛι συνηθες Ὁμηρῳ νοειν το πας αντι του ὁλος. Adde, ne jam plures memorem, Ael. *V. H. L.* VI. *C.* 11. & *L.* VII. *C.* 6.

Digitized by Google

Ib. Com. 47—49.

Ὑποδείξω ὑμῖν, τίνι ἐστὶν ὅμοιος. Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν κ. λ.

Eleganter ὑποδείξω: parabola enim est tanquam exemplar, quo res proposita oculis veluti spectanda exhibeatur. Οἰκοδομοῦντι οἰκίαν. Conduplicatio haec plurifariam apud Nostrum occurrit: sic v. c. *Act.* VII. 47. alibi. Diodoro Siculo hoc genus in deliciis fuit: vid. Cl. Wesseling. ad *L.* V. *C.* 39. ita & aliis. Ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε. Male nonnulli distinxerunt. Optime Vulgatus, *fodit in altum.* Sic Hebraei saepe duo verba adhibent: sic & Alexandrini eos secuti: vide Pricaeus. Verum & ita οἱ ἐξω. Juvenalis *Sat.* VI. ℣. 147, 148. *exi ocyus & propera.* Plautus *Pseud.* I. 2, 28. *propera, abi intro:* conf. Raphel. & Abresch *Adnotat.* Ἐπὶ τὴν πέτραν. In petra solebant excidere domos, eique inaedificare: dixit hoc forte Servator digitum in petram intendens. Hoc sensu non tantum Πετρα, sed & Πετρος: vid. Diod. Sic. *L.* XX. *C.* 86. & *L.* I. *C.* 32. atque ibi ὁ Πανυ. Intelligitur hinc elegans lusus Domini *Matth.* XVI. 18. Κἀγω δε σοι λεγω, ὁτι συ ει Πετρος, και επι ταυτῃ τῃ Πετρᾳ οικοδομησω μου την εκκλησιαν. Sequitur: Πλημμύρας δε γενομένης, προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς κ. λ. Ad ultima vide Kypke & Wetsten., qui

qui & plura habet ad v. πλημμύρα: notat illa aeſtum, vel exundationem maris, fluminis, lacus: dicitur vero πλημυρα, πλημμυρα, πλημμυρις, item πλημη ac πλημμη: Vid. Ill. Spanhem. ad *Callim. in Delum* γ. 263. & Cl. Valcken. ad *Ammon. pag.* 197. Opponitur αμπωτις & πλημμυρις, ut docuit Budaeus *Comment. L. Gr. pag.* 1014. ſic ſaepe apud Diod. Sic. & plures alios, inter quos & Herodotus, qui pro πλημμυρις habet ρηχιη; quo de vide Cll. Viros ad *L.* VIII. *Cap.* 129. Dicitur autem paſſim Graecis πλημμυρις επιεχεσθαι, επιπεσειν &c. Vid. *Excerpta Valeſ. pag.* 513. & Strabo *L.* XV. *pag.* 722. τεθεμελιωτο ſine augmento, ut ſaepe: cumulum exemplorum dabunt Hemſterhuſ. *Obſ. Miſc. Vol.* IV. *p.* 291. Weſſeling. ad *Diod. Sic.* II. 8. Albert. *Obſ. pag.* 65. Το ῥῆγμα. Paſſim exponunt per *ruinam*. Matthaeus loco parallelo habet, ἡ πτωσις: ubi plura adſcripſit Wetſten. Addatur locis ab eo laud. Salluſt. *Bell. Catil. C.* 31. & Livius *L.* XLIV. *C.* 41. Pricaeus intelligit *ſonitum*, ſive fragorem ex *ruina* factum. Malim ego *rupturam*, quae propria vocis ſignificatio, & quomodo paſſim occurrit. Ceterum, videmus ex hoc epilogo, quid noſtri ſit officii, & qua tandem via ad aeternam ſalutem contendere nos deceat. Verba, praecepta Domini ita legere, ita audire debemus, ut nobis ſint tanquam ſpeculum, in quo continuo imaginem noſtram intueamur; atque ſic noſtra nobis forma mire depravata & perverſa adparebit. Deinde, eo per gratiam Domini omni nos ope eniti decet, ut, cordibus vera fide in Chriſtum purgatis,

Digitized by Google

tis, emendatisque, ad eam, quam in ſuis coeleſtis Doctor requirit, perfectionem, quoad ejus hic fieri poteſt, perveniamus. Quid enim vero ad nos, quod omnia Servatoris verba teneamus, ſi in iis, quae praecipit, nos non exerceamus? Quid juverit, ſi cuncta optimi Magiſtri ſcita ad unguem didicerimus, memoriaeque conmendaverimus? in pectus demittenda ſunt, & omni vita a nobis exprimenda. Hic vera prudentia, hic noſtra felicitas. *Non quisquis dicit*, κυριε, κυριε, *introibit in regnum coelorum, ſed qui facit, quod vult Pater, qui eſt in coelis.* Hic Rhodus, hic ſaltus eſt.

CAPUT SEPTIMUM.

Com. 2.

Ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος —— ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος.

Cum plerisque Interpretibus eadem mihi videtur eſſe hiſtoria, ac quam narrat Matthaeus, *Cap.* VIII. 5. ſeqq. Qui ibi παις, hic δουλος eſt: atque ſic παις ſaepius. Ita Noſter mox Com. 7. ubi Elsner. Vide & Pierſ. ad *Moerid. Attic. pag.* 297, 298. Latini ita & *puer:* adi Serv. ad *Virg. Ecl.* VI. 14. Add. Arntzen. ad *Sedul. pag.* 213. Adtigit quoque Grotius ad *Matth.* VIII. 6. Matthaeus vero ita rem enarrat, acſi ipſe centurio ad Dominum adceſſerit: ex

ex Luca autem videmus, per legatos totum negotium ab eo esse peractum. In eo nihil difficultatis. Phrasis, qua utitur Matth., προσηλθεν αυτω, notat *convenit ipsum*, supplicaturus nempe: ut recte Grot. Notum, quid sit ικετης, ικετευειν: ipsum ικνεισθαι, ικανειν Veteres usurpabant pro *obsecrare:* ut monuit Cl. L. Bos *Diss. de Etym. Gr. pag.* 8. Hoc vero per alios quoque fieri potest: Conf. & hic Com. 6. 19, 20. Pro εντιμος Cantabrig. male τιμιος. Servus εντιμος est, quem Latini dicunt *honoratum*, ut saepe est in *Inscript.* Errorem Bezae non tango, quia eum jam notavit Vir illustris.

Ib. COM. 4.

Ὃ παρέξει τοῦτο.

Beza hic notat, orationem esse rectam, non obliquam; adeoque παρεξει esse secundam pers. fut. med. att. Grotio contrarium videtur, eo quod hoc sit contra morem S. Scriptorum. Verum & ita *C.* XXII. 42. βουλει, & *Matth.* XXVII. 4. οψει. Consentio itaque Bezae; a quo si discederem, mallem παρεξεις, quod & habent nonnulli Codd. Παρεχειν τινι αγαθον phrasis est Graecis trita, ut vel Lexica docent: unde & apud Synesium παρεκτικος αγαθων.

Ib.

Digitized by Google

Ib. Com. 6.

Μὴ σκύλλου.

Vulgatus recte, *noli vexari.* Σκύλλειν notat quavis ratione alicui moleſtiam faceſſere: ſignificat & fatigare, itemque turbare. Ad haec omnia ſe praebet Latinum *vexare.* Vid. egregii Viri, Heinſ. ad *Claud. in Ruffin. L.* I. ℣. 65. & Oudendorp. ad *Frontin.* I. 4. *pag.* 48. Inprobat hanc vocem Lucianus in *Lexiph. C.* 21. Minus juſte. Σκύλλειν apud antiquiores propria ratione erat τὸ τοῖς ὄνυξι σπᾶν, ut recte Heſych., ubi & vide Conment: hinc *capillorum laniatus* egregie dictus σκυλμα κομης: ut eleganter docuit Cl. Ruhnkenius *Epiſt. Crit.* I. *p.* 41. *ſeqq.* Ceterum reſtituenda haec vox Matthaeo *C.* IX. 36. ubi pro vulgato εκλελυμενοι legendum εσκυλμενοι. Novi equidem, εκλελυμενοι a multis, a clariſſimo etiam Alberto in *Obſ.*, defendi; verum εσκυλμενοι eo loco egregie ſe tuetur. Eſt multo gravius, & iſti ſedi aptius. Habent multi Codd., variae Verſiones, & Edd. Amplectuntur & magna nomina, Camerarius, Grotius, Boiſius, Suicerus, Millius, Bengelius, Wetſtenius: Vid. omnino Boiſ. ad *Chryſ. Opp. T.* VIII. ed. Sav. Bengel. *Appar. Crit. ad N. T. p.* 470. & Wetſten. Alias συν θεῳ de hoc loco plura. Ceterum quod monere pene neglexeram, pro φιλους hic in homilia, quae Chryſoſtomo, ſed male, adſcribitur, habes τους δουλους. Vid. *Opp. Chryſ. T.* X. *p.* 827.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 9.

Ἐθαύμασεν αὐτὸν· —— οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

Θαυμαζω cum accuſ. perſonae rarius: ita tamen Aelianus, aliique. Non tantum vero admirationem notat; ſed & admirationem cum adprobatione, amore, veneratione &c. Schol. ad *Sophoc. Electr.* ϒ. 394. ὡϛε θαυμασαι] αντι του αγαπησαι αυτον, δηλονοτι τον βιοτον. Θαυμαζει τις αρετην, αντι του αγαπᾳ εργαζεσθαι αρετην, κ. λ. Menander apud *Stobaeum*, *de divitiis*, *p.* 111. ed. a. 1581. ουχι θαυμαζω θεον, ὃν και κακιϛος ραδιως εκτησατο. ib. *pag.* 119. σωφροσυνης δε εϛι το μη θαυμαζειν τας απολαυσεις των σωματικων ἡδονων. Cebes *Tab.* ϒ. 29. και εθαυμασα γε, εφη, αυτον πολυν χρονον, νεωτερος ων. Aelian. *V. H. L.* I. *C.* 17. ταυτα αρα εϛι τα θαυμαζομενα —— τα μικρα εργα. *C.* 28. τον μεν εις τους ἰχθυς ὁρωντα και θαυμαζοντα αυτους. *L.* II. *C.* 14. δεδουλωται δε Πλαταιᾳ, και ἐθαυμασε το δενδρον: atque ita ſaepius. Sirachides *C.* VII. 29. εν ὁλῃ ψυχῃ σου ευλαβου τον κυριον, και τους ἱερεις αυτου θαυμαζε. Alia dabunt Caſaubonus ad *Theophr. Charact. C.* 6. & Albert. *Obſ. ad Apoc.* XIII. 3. Sic jam & h. l. *cum admiratione quadam eum probavit magnique fecit.* Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. Major in homine hoc gentili erat fides, quam in Iſraëlitis hactenus

nus ſanatis, quia nimirum credebat, vel absque contactu efficacem eſſe vim divinam, quin &, ſi jam Dominus abeſſet. Ceterum, notandum illud ἐν τῷ Ἰσραὴλ. Ισραηλ ſcilicet in his libris ſaepius ſpeciatim de decem tribubus adhibetur. Dominus in Judaea quoque ſui muneris partes quidem inplevit; ſed maxime tamen in Galilaea, & circumjacentibus locis. Servator aliquoties ipſe dixit, miſſum ſe ad perditas oves *Iſraëlis*. Ad eas & Apoſtolos ablegavit, *Matth.* X. 6. Praedixerant & hoc priſci Vates: vid. *Jeſ.* VIII. 23. & IX. 1. quem locum in hanc rem quoque laudavit Matthaeus. Iſraëlitae paſſim melius de Domino ſentiebant, erant ſimpliciores, neque tot vitiis ſcatebant, quam ceteri. Hinc videmus, cur Chriſtus hic dixerit, ουδε εν τω Ισραηλ *cet.* Majori itaque encomio hominis fidem non poterat ornare Servator.

Ib. Com. 11.

Ἐν τῇ ἑξῆς.

Nonnulli Codd. & Edd. habent, ἐν τῷ ἑξῆς, ut *C.* VIII. 1. εν τω καθεξης. Sic & legerunt nonnulli Patres: ita & Vulg. Praefert Bengelius, quia reſuſcitatio juvenis Nainitici propius connectenda eſt cum ſubſecuta legatione Joannis, quam cum antegreſſa ſanatione ſervi centurionis: εν τω ἑξης nempe minus definitum, quam εν τῃ ἑξης; illud enim notat *ſequenti tempore*, *deinceps* hoc *ſequenti die*. Sic plene *C.* IX.

IX. 37. εν τη εξης ημερα. Ita & alii: vid. Vir Cl. *Obſ. Miſc. Vol.* V. *pag.* 25. Atque hinc vulgatam praefero. Neque eſt, quod ſic in harmonia laboremus: vide Cl. Burm. P. *Harm. Euang. pag.* 381.

Ib. COM. 12.

Καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ χήρα.

Καὶ ἰδοὺ. Momentum rei, ut paſſim, indicat. Cantabr. non agnoſcit, &, ſalvo ſenſu, poterat abeſſe. Quod ſequitur, ἐξεκομίζετο τέθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ χήρα, ſimplex quidem; ſed adfectus plenum. Εκκομιζειν verbum hac in re proprium: alias εκφερειν. Atque hinc εκφορα, & εκκομιδη, quod bene diſtinguendum a συγκομιδη, & ανακομιδη, &c. Vid. Pric. Elsner. Wolf. & Wetſten. ad h. l. Add. Suidas v. προὔκειτο. Schol. Aeſchyli ad *Septem contra Thebas* ℣. 1032. Herald. *Adverſ. L.* I. *C.* 6. & Ill. Spanhem. ad *Comici Plutum* ℣. 1009. Latini perinde *exportare, efferre*: vide, ſi tanti ſit, ad *Nepot. Ariſt. C.* 3. & Arntzen. ad *Sedul. pag.* 189. conf. quoque Trill. ad *Thom. M. pag.* 324. Egregie vero: υἱος μονογενης τη μητρι αὐτου. Dativus genitivi loco poſitus pendet ab intellecto verbo ſubſtantivo: vides ex loco *Judic.* XI. 34. ubi de filia Jephtae, και αὐτη ἠν μονογενης αυτῳ. Ita ſaepius

pius Attici, & cultiſſimus quisque. Eurip. *Iphigen. in Aul.* ỳ. 613. ω τεκνον μοι. Herodot. *L.* VI. *C.* 103. ὁ μεν δη πρεσβυτερος των παιδων Κιμωνι Στησαγορης: qui locus effugit adcuratiſſimum Raphelium: vide ibi Cl. Weſſeling. Add. Cel. Hemſterhuſ. ad *Ariſtoph. Plutum p.* 2. Pro ἡ γυνη αυτου hic quoque *Cap.* I. 5. in nonnullis Codd. exſtat, ἡ γυνη αυτῳ. In ultimis, και αὐτη χηρα, nulla mutatione opus. Noſter ita ſaepius.

Ib. Com. 15.

Ἐδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.

Nonnulli Codd. απεδωκεν: quod malim. Sic *C.* IX. 42. και απεδωκεν αυτον τω πατρι αὐτου. vid. Pric. Heliod. ita *Aethiop. L.* V. *p. m.* 229. την αποδοσιν της θυγατρος αυτεπαγγελτος επινευων· *reſtitutionem filiae* &c.

Ib. Com. 17.

Ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ.

Ἐν pro εις, ut ſaepius. Thucyd. IV. 14. ταις δε λοιπαις εν τη γη καταπεφευγυιας ενεβαλλον. Iterum VII. 17. αποστελουντες ὁπλιτας εν τη Σικελιᾳ, & Cl. Duker. Vid. & Celeb. Weſſeling. ad *Diod. Sic. L.* XIII. *C.* 7. Add. & doctiſſ. R. M. van Goens *Praef. ad Diatr. de Cepotaph. pag.* 4. Viciſſim εις pro εν. Marcus

C.

C. II. 1. εις οἰκον εσι: ubi vide inter alios Raphelium. Item *C.* XIII. 16. ὁ εις τον αγρον ων. Noſter *C.* XI. 7. εις την κοιτην εισιν, ubi Cantabr. quidem εν τῃ κοιτῃ; verum quo nihil quidem indigemus. Diod. Sic. *L.* XIV. *C.* 117. εν ᾗ και το χρυσιον ην, ὁ ειληφεισαν εις Ρωμην. Plura dabit ὁ Πανυ ad *L.* XIII. *C.* 12. Neque tamen haec enallage tam frequens, quam quidem vulgo arbitrantur viri docti. Eruditiſſ. Munckerus huc v. c. refert illud Interpretis ad *Eurip. Phoeniſſ.* ϒ. 1116. ὡκησεν ὁ Προιτος εις τας Θηβας. Vid. ad *Hygin. C.* CCLXXIV. Male certe; notat enim illa loquendi forma, *Thebas conceſſit* vel *profectus eſt habitatum*, ut recte docuit Cl. Valcken. ad illum l. *pag.* 731. Ita & interpretandum illud Diod. Sic. *L.* XIII. *C.* 89. ὑστερον εις Λεοντινους κατωκησαν. Plura talia. Sic Theophr. dixit, *Charact. eth. C.* 22. εις την αγοραν περιπατειν: id jam non ſignificat, *in foro ambulare*, ut εις αγορᾳ idem ſit, ac εν αγορᾳ; ſed *ire ad forum ambulatum*, ut recte perſpexit Caſaubonus. Sunt & alia hujus generis non pauca, quae habent elegantiam paulo abſtruſiorem, a paucis animadverſam: ut θυειν εις τα ἱερα &c. Vid. Cl. Hemſterhuſ. ad *Ariſtoph. Plut. pag.* 456, 457. Ceterum, verſabatur Dominus in Galilaea: verum, quomodo Lucas tum dicit, ſermonem hujus miraculi perveniſſe in totam Judaeam? Facile hoc intelligemus, ſi ita concipiamus. Dominum nempe magna hominum caterva ſtipatum nunc in itinere fuiſſe verſus Judaeam: atque hinc fama ſtupendi miraculi longe lateque diffuſa jam non in Galilaeam, ſed in Judaeam mox penetrabat.

Ib. Com. 21.

Ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν.

Habemus hic exemplum argutiae priſcorum librariorum in Cod. antiquiſſimo Guelpherbytano: quo de vid. doctiſſ. F. A. Knittel *Ulphilae Verſ. Goth. &c. p.* 266, 267. Disquirunt Interpretes, quid per μαστιγας ſit intelligendum. Pricaeus aliique volunt, eſſe αγγελους του Σαταν, coll. 2 *Cor.* XII. 7. Non putem. Μαστιγες hic medium locum tenent inter νοσους & πνευματα πονηρα. Non aliter fere *Marc.* III. 10, 11. Et *C.* V. 29, 34. habes de fluxu ſanguinis, quo per duodecim annos laboraverat infelix mulier. Unde videmus, per hanc v. indicari mala graviora, & quidem deſperata. Eſt hic uſus S. Scriptoribus peculiaris; nam apud exoticos, quantum ego quidem novi, ſic nullibi occurrit. Uſurpant tamen nonnunquam ita, ut non multum differat. Venit ſcilicet, praeſertim apud Tragicos, de plagis malisque divinitus inmiſſis. Ita ap. Aeſchyl. *Sept. c. Theb.* ϒ. 614. πληγεις θεου μαστιγι παγκοινῳ δαμη: ſic & apud alios. *Fulmen* ſpeciatim Homero μαστιξ dicitur *Il.* V. ϒ. 812.

Αλλα Διος μαστιγι κακη εδαμημεν αχαιοι.

Schol.

Schol. vetus Διος μαστιγι, τῃ Διος πληγῃ, τῳ κεραυνῳ. Secuti multi. Lycophron junctim dixit, κεραυνιος μαστιξ. Illustris autem Grot. ad *Marc.* III. 10. adpositе contulit Hebr. נֶגַע quod LXX. interdum μαστιγα transferunt, & שׁוֹט, quo de ὁ Παντ ad *Job* I. 7. & IX. 23.; item ad *Florileg. pag.* 173. Addas licet חֳלִי, quod proprie est *adtritio*, & *excoriatio*, hinc omnis plaga gravior & atrocior, quae vel corpus vel animum infestat, ansa sumta a *flagellis:* vid. Id. *Orig. Hebr. T.* I. *C.* 9. & *Vindic. pag.* 113, 114. Origenes in eleganti libello *de Oratione*, *Opp. T.* I. *p.* 201, 202. de X. Aegyptiorum plagis loquens h. v. ubique utitur: ita v. c. dicit, μετα την επι τοις βατραχοις μαστιγα τῃ ταξει των δεκα ουσαν δευτεραν, & sic porro.

Ib. COM. 24-28.

Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; Ἀλλὰ τί κ. λ.

Verba priora ita passim explicant Interpretes, ut ad Joannem referant, qui scilicet nihil minus erat, quam arundo a vento agitata. Mihi secus videtur. Est phrasis, nisi fallor, proverbialis, qua Dominus hic utitur, adhibita de hominibus rerum novarum cupidis. Turbae nempe in desertum frequentes exierant. Rogat Dominus, quid ipsos demum ad id impulisset. Non

Ib. Com. 21.

Ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν.

Habemus hic exemplum argutiae priſcorum librariorum in Cod. antiquiſſimo Guelpherbytano: quo de vid. doctiſſ. F. A. Knittel *Ulphilae Verſ. Goth. &c. p.* 266, 267. Diſquirunt Interpretes, quid per μαστιγας ſit intelligendum. Pricaeus aliique volunt, eſſe αγγελους του Σατανα, coll. 2 *Cor.* XII. 7. Non putem. Μαστιγες hic medium locum tenent inter νοσους & πνευματα πονηρα. Non aliter fere *Marc.* III. 10, 11. Et *C.* V. 29, 34. habes de fluxu ſanguinis, quo per duodecim annos laboraverat infelix mulier. Unde videmus, per hanc v. indicari mala graviora, & quidem deſperata. Eſt hic uſus S. Scriptoribus peculiaris; nam apud exoticos, quantum ego quidem novi, ſic nullibi occurrit. Uſurpant tamen nonnunquam ita, ut non multum differat. Venit ſcilicet, praeſertim apud Tragicos, de plagis malisque divinitus inmiſſis. Ita ap. Aeſchyl. *Sept. c. Theb.* ϒ. 614. πληγεις θεου μαστιγι παγκοινῳ δαμη: ſic & apud alios. *Fulmen* ſpeciatim Homero μαστιξ dicitur *Il.* V. ϒ. 812.

Αλλα Διος μαστιγι κακη εδαμημεν αχαιοι.

Schol.

Schol. vetus Διος μασιγι, τῃ Διος πληγῃ, τῳ κεραυνῳ. Secuti multi. Lycophron junctim dixit, κεραυνιος μασιξ. Illuſtris autem Grot. ad *Marc.* III. 10. adpoſite contulit Hebr. נֶגַע quod LXX. interdum μασιγα transferunt, & שׁוֹט, quo de ὁ Παν ad *Job* I. 7. & IX. 23.; item ad *Florileg. pag.* 173. Addas licet חֳלִי, quod proprie eſt *adtritio*, & *excoriatio*, hinc omnis plaga gravior & atrocior, quae vel corpus vel animum infeſtat, anſa ſumta a *flagellis:* vid. Id. *Orig. Hebr. T.* I. *C.* 9. & *Vindic. pag.* 113, 114. Origenes in eleganti libello *de Oratione*, *Opp. T.* I. *p.* 201, 202. de X. Aegyptiorum plagis loquens h. v. ubique utitur: ita v. c. dicit, μετα την επι τοις βατραχοις μασιγα τῃ ταξει των δεκα ουσαν δευτεραν, & ſic porro.

Ib. COM. 24-28.

Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; Ἀλλὰ τί κ. λ.

Verba priora ita paſſim explicant Interpretes, ut ad Joannem referant, qui ſcilicet nihil minus erat, quam arundo a vento agitata. Mihi ſecus videtur. Eſt phraſis, niſi fallor, proverbialis, qua Dominus hic utitur, adhibita de hominibus rerum novarum cupidis. Turbae nempe in deſertum frequentes exierant. Rogat Dominus, quid ipſos demum ad id impuliſſet. Non

fecerant certe animi gratia; neque quo ſic curioſitati ſuae facerent ſatis. Pergit Dominus. Αλλὰ τί, dicit, &c. ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Illud αλλα τι frequens in interrogationibus: ut docuit Devar. *de partic.* & Raphel. ad *h. l.* Ad phraſin, εν μαλακοις ἱματιοις, vid. praeter alios Albert. *Obſ. pag.* 82, 83. & Olear. ad *Philoſtr. in vita Apoll. pag.* 334. Addemus mox locum ex Diod. Sic. De Heraclide Pontico Diogen. *L.* V. 86. οὗτος εσθητι τε μαλακῃ ἐχρητο, και ὑπερογκος ην το σχημα, ut pro σωμα legendum docuit ὁ Πανυ ad *Lucian. Somn. pag.* 11. Dionyſ. H. *Ant. Rom. L.* VII. *pag.* 424. χλανιδιοις αμπεχεσθαι λεπτοις και μαλακοις. Non exierant quoque in deſertum, ejuſmodi hominis videndi cauſa; nam tales homines fruſtra ibi quaeſiveris: huc ſpectat, quod additur. Ιδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶν. Pro ἐν τρυφῇ male Gothus legit, ἐν τροφῇ: vid. Bengel. *defenſ. N. T. Gr. pag.* 32. Ceterum non raro hae duae voces permutantur: vid. Cl. Weſſeling. ad *Diod. Sic. L.* XI *C.* 25. Confer vero ad haec Diod. *L.* V. *C.* 46. ὑπερεχουσι τρυφῇ καὶ ταις ἀλλαις ταις ἐν τῷ βίῳ καθαριοτησι και πολυτελειαις. ϛολας μεν γαρ εχουσι λινας τῃ λευκοτητι και μαλακοτητι διαφορους. ποτε δε και τας ἐκ των μαλακωτατων ἐριων κατεσκευασμενας εσθητας φορουσι. Subjungit tandem Servator: Ἀλλὰ τί cet. *Quid ita tandem* &c.? προφήτην; ναὶ cet. *Prophetam. Sic eſt:* id cum dicitis, vere reſpondetis. Jure merito eum pro inſigni propheta habebatis; erat ſanequam propheta &c. lege Com. 26, 27, 28.

Ad

Ad phrasin εν γεννητοις γυναικων observa, apud Herodot. in responso Pythiae *L.* VII. *C.* 142. non dissimiliter haberi τεκνα γυναικων. Ultima verba, ὁ δὲ μικρότερος &c., notum est, multos de ipso Domino interpretari. Minus bene, si quid video: nimium quantum enim a verborum simplicitate recedit ista explicatio.

Ib. COM. 31. 32.

Τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης. —— καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις.

Γενεα est *generatio*, *aetas*; hinc ad *tempus* transiit, quando varie admodum definitur apud veteres Scriptores, de quo jam non disputo: Vid. Graev. *Lect. Hes. C.* 4. Menag. ad *Diog. L.* VIII. 45. alios. Verum γενεα etiam aliquando notat *certum quoddam hominum genus: naticnem* dixeris; nam ita Latini illa voce utuntur, ut docet Burm. ad *Phaedr.* II. 5. 1. Sic saepius αὕτη ἡ γενεὰ: hic paulo aliter οἱ ανθρωποι της γενεας ταυτης. Non vero sic ipsa vox γενεα, quod nonnulli existimarunt, per se in malam partem inclinat; nam aeque ac *natio* est vox μεση & pro adjunctis vel malos vel bonos significat. Ita, si v. c. additur οὗτος, in deteriorem partem venit: Apostolus similiter *Rom.* XII. 2. ὁ αἰὼν οὗτος. Atque ita h. l., ut nemo non videt. Προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις. Προσφωνειν cum accus. notat conpellare, cum dat. dicare, nuncu-

pare librum alicui, ut recte monet Wetsten. ad Matth. 1. verum in communi dialecto hoc discrimen non ita observatur. In Excerptis Diod. Sic. *T.* II. *pag.* 619. eodem sensu, quo hic, cum dat. habemus: και ταυταις φιλανθρωπως προσεφωνει. Ceterum ad ea, quae sequuntur: ηυλησαμεν &c. vid. Wetsten. ad Matth. & Albert. *Obs. pag.* 85.

Ib. Com. 33.

Μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων· καὶ λέγετε· Δαιμόνιον ἔχει.

Ad constructionem verborum εσθιειν & πινειν cum accus. vid. Wetsten. ad *Matth.* XV. 27. Moeris Ἐφαγον κρέως, οὐ κρέας, Ἀττικῶς: ubi Pierson. Phrasis εσθιειν αρτον και πινειν οινον, vel εσθιειν και πινειν simpliciter, ut Commate sequenti, ex usu loquendi Oriental. significat *epulis adcumbere, genium curare.* Vide ex pluribus V. T. locis 2 *Sam.* XII. 17. *Adstiterunt que ei* (Davidi) *seniores domus ejus, ut excitarent eum a terra; sed noluit, neque panem cum illis comedit.* Septimo demum die, ut in seqq. narratur, surgebat, panemque comedebat. Quid? an Rex per integrum septennium nullum omnino cibum sumsit, neque vel locum mutavit? Hoc certe nemo dixerit. Verum David per omne id tempus noluit adcubare, cibisque delicatioribus uti, habere & vesci contentus, quae natura exigebat.

bat. Confer *Marc.* VII. 2. & hic *C.* XIV. 1. Atque ſic etiam apud alios. Ita e. g. Dio Caſſ. *L.* LIX. *pag.* 762. de Cajo: καν τουτῳ και αυτος και ησθιε, και επινε, και τους αλλους εἰρια: alia mitto. Dominus, ut dicit Com. 34., aliorum hominum more vivebat, ſolito tempore adcumbebat, quae adpoſita erant, veſcebatur, & nonnunquam quoque apud eos, qui ipſum menſa recipiebant, paratius coenabat. Joannes ex adverſo avidi latratum ſtomachi ſentiens, illum ſumtis locuſtis ac melle agreſti lenire ſolebat, cibo, qui ſemper ad manum erat, ita naturae ſubveniens. Quid autem de eo dicebant? Δαιμόνιον ἔχει. Explicant paſſim, μαινεται, furit: Joannes utrumque junxit Euang. *C.* X. 20. conf. Bos ad *Joh.* VII. 20. & Albert. *Obſ. p.* 85. Recte ſane! Verum altius dicti hujus calumniaeque ratio repetenda. Veteres nempe plerique omnes inſolitas quasvis actiones Spiritui cuidam, ſive bono ſive malo, adſcribebant. Vita autem Joannis a communi hominum vivendi agendique ratione multum diſtabat. Spiritui cuidam hinc erat adtribuenda: non bono jam, ſed malo; loca enim deſerta (atque in his morabatur Joannes) habebant paſſim pro ſedibus luſtrisque daemonum; hominesque, ad tetricam, ab humana ſaltem longe remotam, agendam vitam, ſaepe in ea a malo ſpiritu agi, arbitrabantur.

Ib. Com. 35.

Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

Non repetam, quae Beza, Grotius, Knatchbul, Jenſius, Hombergkius, Elsnerus, aliique hic ſcripſerunt. Quae Cl. Alberti habet *Obſ. pag.* 86. mihi longius remota, ne dicam contorta, videntur. Quod ſimpliciſſimum, adeoque verum, mihi videtur, breviter proponam. α.) Haec verba non ſunt conſideranda, acſi a Judaeis in Chriſtum fuiſſent dicta, atque adeo a Domino dumtaxat hic relata, ut inter alios cenſet Cl. Elsnerus: vid. quae monuit Cl. Wolf. & adde, quod verbum δικαιοω ſic alia plane ſignificatione hic adhiberetur, quam Comm. 29. quod minus conmodum & probabile. β.) Veniunt hic tanquam aliquod επιφωνημα. γ.) Ineſt aliquid proverbiale. δ.) Ἡ σοφια non eſt, quod multi volunt, Dominus ipſe. Ita nullibi de ſe Servator niſi forte *C.* XI. 49. ubi vid. neque ita alias in N. T. Ἡ σοφια hic eſt Domini doctrina. Haec vera ſapientia, ἡ σοφια, κατ' εξοχήν. *Doctrinam* apud Orientales paſſim venire nomine *ſapientiae*, & notare coeleſtem doctrinam, notius eſt, quam ut doceri debeat. Sic & σοφια apud Graecos: vid. Cl. Periz. ad Aelian. *V. H. L.* II. *C.* 31. conf. & Ill. Cuper. *Apotheoſ. Hom. p.* 117. ε.) δικαιουν Com. 29. ſignificat, *juſtum agnoſcere*, *adprobare:* hoc li-

liquet ex eo, quod e diametro oppoſita ſint: εδικαιωσαν τον θεον, & την βουλην του θεου ηθετησαν εις ἑαυτους. Αθετειν autem την βουλην θεου του εις ἑαυτον (nam haec jungenda, ut bene notavit Ill. Grotius) eſt conſilium Dei, ad ſe ſuamque ſalutem ſpectans, *ſpernere*, *pro nihilo ducere*, *repudiare*. Δικαιουν τον θεον itaque eſt, quod dixi. Atque ſic & h. l. intelligendum. 5) απο των τεκνων αυτης, *a filiis ſuis*, ita capiendum, ut hi veniant, tanquam qui divinam ſapientiam εδικαιωσαν. Probe equidem novi, dari viros doctos, qui contendunt, απο pro υπο vel παρα a Graecis non uſurpari. Verum inmerito. Απο & υπο ſaepe quidem confunduntur: Ita apud Lucian. *Somn. pag.* 4. atque ſic & hic *C.* VI. 18. pro υπο πνευματων ακαθαρτων in aliis Codd., etiam Guelpherbytano ſecundo, απο π. α. ita quoque alibi. A me tamen inpetrare non poſſum, ut omnia loca, ubi απο vice του υπο venit, depravata habeam, cum propter alia, tum quod απο etiam alias aliquando eum locum occupet, quem tenere ſolet υπο. Ill. Grot. ad Matthaeum jam ex Iſocrate produxit: απο πολεμου εφθαρησαν, ut plerique ſaltem habent Codd. Poteſt tamen hoc aliter exponi: vid. Cl. Abreſch *Dilucid. Thucyd. pag.* 35, 36. Verum dantur alia loca, ubi απο prorſus pro υπο: ita v. c. Thucyd. *L.* VI. *C.* 28. μηνυεται απο μετοικων. *C.* 32. ελεχθησαν απο τε αλλων: plura reperies *Obſ. Miſc. Vol.* III. *pag.* 427. *Vol.* VI. *pag.* 298. Adde & Abreſch l. c. *pag.* 625. & Reitz. *ad Lucian. T.* II. *pag.* 900. In N. T. ita frequenter: vid. apud Noſtrum *C.* XVI. 18. *C.* XVII. 25. & *Act.* II.

22.

22. Alia mitto. Tandem: *filii ſapientiae* ſunt, qui ſalutarem, quam Dominus adnunciabat, doctrinam, vera fide amplectebantur, eique ſeſe totos tradebant. Ab his coeleſtis doctrina erat adprobata. In nexu autem cum praecedd. non eſt quod laboremus: conferamus ſimilem Apoſtoli locum 1 *Cor.* I. 23, 24. Ἡμεις δε κηρυσσομεν χριστον εσταυρωμενον, Ιουδαιοις μεν σκανδαλον, Ἑλλησι δε μωριαν. Αυτοις δε τοις κλητοις Ιουδαιοις τε και Ἑλλησι χριστον θεου δυναμιν και θεου σοφιαν.

Ib. Com. 37.

Ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς —— ἀλάβαστρον μύρου.

Nemini, quantumvis magno peccatori deſperandum de gratia divina, & vita meliori. Liquet id ex hac hiſtoria. Probat id alibi Chryſoſt. in *Homiliis in Matthaeum:* ubi & habet nobile exemplum meretricis, quae Antiochiae Chryſoſtomi aevo ad bonam frugem converſa, caſtitatemque profeſſa erat, cum antea in ſcena principem locum teneret, perque Ciliciam & Cappadociam famoſiſſima haberetur. Ceterum, quod adtinet ad v. αλαβαστρον, Thom. M. & ex eo Phavorinus monent, Atticos dicere αλαβαστον absque ρ, Graecos autem ſimpliciter cum ρ. Illa tamen Atticismi forma non ita curioſe obſervata, niſi edita nos exemplaria fallant; ſaepe enim apud Atticos Scriptores ρ additum: vid. VV. DD. ad l. Thomae: Hemſterhuſ. ad *Poll. T.* II. *p.* 1300. & Albert. ad Heſych. v. αλαβα-

βασος. Dicitur vero non tantum αλαβαστρον; sed & αλαβασρος, ut monet Etym. M. auctor. Arist. ita *Lysistr.* ϒ. 946. Λαβε τονδε τον αλαβασρον. Dionys. H. *Antiq.* VII. 9. και ελουσαν αυτους αυται; κτενας εις τα βαλανεια φερουσαι, και μυρων αλαβασρους Sic & alii. Vid. Ill. Spanhem. ad *Callim. Hymno in Pall.* ϒ. 15. ubi plura. Suidas *T.* II. *pag.* 440 Ληκυθον τον του μυρου οι Αττικοι καλουσιν Αλαβασρον. αρσενικως δε τον αλαβασρον ειπεν Ηροδοτος το ελαιοδοχον αγγειον: Sic & Photius in Lex. MS. eadem v. Apud Herodotum tamen Codd., qui hodie exstant, illud non offerunt, unde & ὁ Παυω, non τον μυρου αλαβασρον; sed μυρου αλαβασρου edidit: vid. *L.* III. *C.* 20. & not. Ceterum saepe, quemadmodum apud nostros, sic & apud alios scriptores, αλαβασρον, significat μυροθηκην, *ampullam unguentariam*, neque tantum lapidea; sed & quaevis alia vasa unguentaria: ut docuit Spanh. *l. c.* Adde, quae hic notarunt Wolf. & Wetsten. ad *Matth.* XXVI. 7. Kuster. ad *Suid. in v.* Hemsterhus. *l. c.* Cl. Bielius in not. Albert. *ad Hes. v.* αλαβασρον, & Caryophilus *de Antiquis Marmor. p.* 32. apud quos egregia multa de alabastris observata reperies. Phrasin αλαβασρον μυρου, quam hic habemus, jam vidimus etiam exstare apud Herodotum, atque ita & apud alios: vid. Elsner. ad h. l. & de Rhoer *Fer. Daventr. p.* 105.

Ib.

Ib. Com. 38.

Ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι —— καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

Quid ad priora illa notaverint Casaubonus, Witsius, aliique praeclari Viri, non est quod hic moneam. Singularis est Rev. J. Lette sententia, qui in *Observ.* ad *Cantic. Deb.* ed. sec. *p.* 15. putat, adludi ad legem divinam de muliere adultera: Erat haec mulier ἀμαρτωλος: id testabatur crines suos coram facie summi Sacerdotis dissolvens: crinibus laxatis, & pedibus Christi abstergendis adplicitis, non tantum amorem flagrantissimum ostendebat; sed simul fatebatur, se meruisse poenam per legem divinam adulteris intentatam, quam nunc sedulo deprecari studebat. Verum haec longius petita videntur. Retulerim cum Elsnero potius ad morem, qui olim obtinebat, quod Domini nempe in conviviis non puerorum tantum, sed & ancillarum capillis manus suas siccarent. Ad ea, quae sequuntur, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε μύρῳ multa conduxerunt Wolfius, Wetstenius, aliique. Conf. autem illud Dionis Cass. *L.* LIX. *pag.* 762., ubi de Pomponio secundo consule in convivio adsidente ad pedes Caji, επικυπτων συνεχως αυτους κατεφιλει: item Aristoph. *Vesp.* ℣. 606. Και πρωτα μεν ἡ Θυγατηρ μι

με απονιζῃ, και τω ποδ' αλειφῃ, και προσκυψασα φιλησῃ, & Schol. ad ϒ. 604. Nota & hic locum Heliod. de Chariclea *Aeth. L. I. p. m. 6.* ἡ δε —— εδακρυεν, εφιλει, κατεματτεν, ανωμωζεν. Ceterum, quis hanc mulierem adtentius ſpectans, eam non miratur, non ſtupet? Breviter, ſed nervoſe Dominus ad Simonem Com. 44. βλεπεις ταυτην την γυναικα.

Ib. COM. 44. 45.

Ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας.

—— ἀφ' ἧς εἰσῆλθον.

Pricaeus pro επι malebat εις. Verum hac criſi facile carere poſſumus. Vid. Cl. Albert. *Peric. Crit. pag.* 16, 17. & Wetſten. Επι licet rarius, apud Graecos etiam pro εις. Pro εισηλθον in Codd. nonnullis legitur εισηλθεν: Sic & quaedam Verſiones. Probat inter alios Ill. Grotius: ſecuti quoque ſunt praeſtantiſſimi Belgae. Et recte quidem: melius enim hoc ad mulierem, quam ad Dominum refertur. ο & ε ſaepius confuſa. Errandi anſam praebere potuit εισηλθον, quod habes Com. praeced.

Ib.

Ib. Com. 47. 48.

Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ· ὅτι ἠγάπησε πολὺ κ. λ.

Solus Guelpherbyt. A. αφεωνται αυτη αι αμαρτιαι αυτης. Ceterum hinc, nisi fallor, constat, omnino alucinari, qui arbitrantur, mulierem peccatricem non ante, sed nunc demum salutarem poenitentiam egisse, atque in Dominum credidisse. Quomodo enim quaeso illa adeo inpense Christum amare potuisset, nisi animus ejus aliquo divinae charitatis favorisque sensu fuisset inbutus? Atque hoc absque vera fide atque interiori mentis emendatione consistere nequit. Quo tamen de eo certior fieret, & ne levissima quidem dubitationis umbra supereresset, Dominus ipsi expressis verbis dicit: αφεωνται σου αι αμαρτιαι. Nunquam quidquam huic mulieri dictum, quod tanta dulcedine & gaudio pectus ejus permulserat. Tale quid paucis contingit. Neque tamen aliae fideles animae hic, quod conquerantur, habent. Coelestis curiae decretum est: *quisquis credit in Filium, habet remissionem peccatorum, habet vitam aeternam.* Pronunciat hanc sententiam Dominus per Spiritum S. tanquam internuncium suum in anima credente, atque ita ei insinuat, ut illi de remissione peccatorum, vitaeque conmunione aeternae persuasissimum sit, sic ut in Deo jam gaudeat, & exultet.

ret. Hoc est manna absconditum! Verum pluribus de nobilissima hac materia differere non est hujus loci.

Ib. COM. 49. 50.

Τίς οὗτός ἐστιν ——— Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

Potes forte illud, τίς οὗτός ἐστιν, cum Grotio intelligere, ut *C.* VIII. 25. τις αρα ουτος. & *Matth.* VIII. 27. ποταπος εστιν ουτος. Add. *Marc.* IV. 41. & conf. Albert. *Peric. Crit. p.* 19. & 105. Cum illo, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, confer illud Aelian. *V. H. L.* II. *C.* 41. Και Αγρωνα δε τον Ιλλυριων βασιλεα απεκτεινεν ἡ προς τον οινον αδικος ὁρμη.

CAPUT OCTAVUM.

Com. 1.

Κατὰ πόλιν καὶ κώμην.

Recte Beza, *oppidatim, & vicatim.* Concisius dictum pro καθ' ἑκαστην πολιν και κωμην. Potuisset & Lucas scribere, κατα πολεις, και κωμας, ut alibi Josephus, & Matthaeus quoque C. XXIV. 7. κατα τοπους. Ill. quidem Joseph. Scaliger in *Actis Liter.* a Schurzfleischio editis *pag.* 27. negat, *quot urbibus, quot oppidis,* dici κατα πολιν; sed, maximum Virum in eo errare, tam certum est, quam quod certissimum. Vide, quae hic in medium protulit ὁ Πανυ ad *Diod. Sic. L.* XV. *C.* 38. & *L.* XIX. *C.* 77. Adde & Wetsten. ad h. l. Chrysostom. in Orat. Corinthiaca ita κατα πολινγε: vid. Vales. *Emend. L.* I. *C.* 31. Conf. Noster hic Com. 4. & *Act.* II. 46.

Ib. Com. 8.

Ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν. —— καρπὸν ἑκατονταπλασίονα.

Ἀγαθος saepe ita de terra. Sic Herodot. l. mox laudando. Diod. Sic. *L.* XI. *C.* 25. την δε χωραν απασαν αγαθην ουσαν αμπελοφυτιν επ-

ἐποιησαν. Adde Theophr. *de cauſis plantarum pag.* 307. Non vero per hyperbolen dictum, ἐποιησε καρπον ἑκατονταπλασιονα. Talis fertilitatis exempla in Palaeſtina & Africa plura proſtant: ut erudite ad Matth. docuit Cl. Wetſtenius. Adde Dougt. *Anal. S. pag.* 15, 16. & Cl. Weſſel. ad Herodot. I. 193. ubi τον δε της Δημητρος καρπον ὡδε αγαθην εκφερειν εϛι, ὡϛε επι δεκοσιᾳ μεν το παραπαν αποδιδοι· επειδαν αριϛα αυτη ἑωυτης ενεικῃ, επι τριηκοσια εκφερει.

Ib. COM. 10.

Ὑμῖν —— τοῖς δὲ λοιπωῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι κ. λ.

Egregie ὑμῖν δεδοται &c. τοῖς δὲ λοιποῖς &c. Callimachus *Epigr.* VIII.

Ἀλλων μεν κηρυκες επι βραχυν ευνομιᾳ καιρον
Φθεγξονται, κεινου δ' Ἑλλας αει σοφιαν.

ubi recte, αλλων retinendum eſſe, docet Cl. Erneſti. Τοις δε λοιποις hic cum aliquo contemtu, ut & alibi. Vid. *Act.* V. 13. quo de alias. Ἱνα βλεποντες &c. Similia & apud τους εξω: vide, quae ad Matthaeum congeſſit Wetſtenius. Saepe nimirum fit, ut homines prae ſocordia non videant, quae vident, & non percipiant, quae audiunt. Verum notandum hic juſtum Dei judicium, quo factum, ut Judaei adeo forent ſupini: & omnino obſervan-

dum, non ſub ipſa muneris auſpicia, verum altero demum miniſterii anno, cum Judaei jam tot ſuae incredulitatis dederant documenta, parabolis loqui coepiſſe optimum Servatorem; & quidem non de primis ſalutaris doctrinae elementis, ſed de myſteriis regni coelorum.

Ib. Com. 13.

Οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.

Nihil hic radicatum, firmum, ſolidum. Ριζα apud Graecos pro fundamento, firmamento. Sic v. c. Philoſophi dicebant ριζας κοσμου. Oppianus *Halieut.* verſu ultimo ita γαιης ριζουχα θεμειλια. Conf. ριζωμα. Οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύοντες. Paſſim exponunt, *qui ad tempus credunt.* Non male. Callimach. ita dixit, επι βραχυν καιρον. Dio Caſſius *L.* LVI. *pag.* 682. χρονον τινα: habes ibi quoque προσκαιρος, quod apud Matthaeum & Marcum. In Gloſſis autem Nomicis ſaepius ſic προς καιρον: vide in v. Ορυγμα & Φουρτι: atque ita certiſſime, in Μορβους σοντικους, pro προς καινον legendum eſt προς καιρον· μορβους την προς καιρον ασθενειαν (non ασθενειον) δηλοι: ita v. Νοσος. Νοσος εστιν, ἡ του σωματος προσκαιρος ασθενεια. Προσκαιρος ſic paſſim quoque. τα Τεμποράλια. τα προσκαιρα. Τεμποραλία. πρόσκαιρος &c. Poteſt tamen & aliter exponi. Καιροι apud

apud Graecos ſunt ſubitae rerum inclinationes, temporumque momenta: hinc explicandus titulus operis Theopraſtaei, cujus inter alios meminit Harpocration v. Επισκοπος, τα προς καιρους, ut recte Tullius *L.* V. *de Finibus* §. 10. *Cumque uterque eorum* (Ariſtoteles nempe & Theophraſtus) *docuiſſet, qualem in Republica principem eſſe conveniret: pluribus praeterea cum ſcripſiſſet, qui eſſet optimus Reipublicae ſtatus: hoc amplius Theophraſtus, quae eſſent in Republica inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus eſſet moderandum, utcumque res poſtularet:* hoc vocabant προς τους καιρους πολιτευεσθαι. Πιστευουσι ſic προς καιρον, qui credunt, utcumque res ferat: qui veritatem Euangelicam, qui Chriſtum profitentur, cum tempora ſunt commoda, ac mollia; verum ex adverſo, cum res in pejus ruunt, & periculum inminet, aliam plane perſonam induunt: ita & ſequitur, και εν καιρῳ πειρασμου ἀφιστανται. Hi vere temporum homines, προσκαιροι, qua de v. plura Wetſten. ad Matth. Προσκαιρος ſcilicet, ut puto, etiam dictum de eo, qui καιρῳ λατρευει: ut ευκαιρος veroſimiliter & eum notavit, qui tempore opportuno ad conſequendum ſcopum ſuum bene uti novit; unde ευκαιρια de hominum aſtutia, qui tempora ad nocendum idonea aucupantur: vid. Cl. Sallier. ad *Thom. p.* 770. Atque haec quidem explicatio, ut verum fatear, mihi maxime adridet: prius tamen illud non excluſerim; & forte utrumque Euangeliſtae, cum ita ſcriberent, ob oculos habuerunt.

Ib. Com. 14.

Οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται.

Pro οἱ legendum οἵ. Com. ſeq. οἵτινες: vid. Cl. Abreſch *Dilucid. Thucyd. Auctarium p.* 358. Si illud πορευομενοι hic abeſſet, nemo deſideraret. A Luca tamen profectum eſſe, non eſt quod dubitemus. Quid vero ſignificet, non convenit inter viros doctos. Ut chartae parcam, lege, quae praedictus Cl. Abreſch notavit ad h. l., & vide, praeter laudatos a Wolfio, Cl. Kypke & Heum. Elsneri *digreſſi* ad alia ſcilicet & ſueta ſua negotia, non prorſus diſplicet. Eſt tamen ſimplicius, quod Ill. Grotius volebat, qui ſic ſcribit ad h. l. „ παρελκει haec vox, ut ſaepe „ apud Matthaeum πορευθεντες, *C.* IX. 13. & *C.* „ XXV. 16. & alibi: quare & Syrus omiſit. Si „ quid ſignificet, ſignificat proceſſum temporis, „ nec quidquam ultra.„ Saepe ſcilicet ejusmodi verba abundant, ita tamen ut vim quandam ac decus concilient orationi: ſic v. c. ελθων, ιων, & ſimilia apud Homerum aliosque frequenter, ubi abeſſe poterant, adduntur, ad actionis celeritatem inpetumque ſignificandum: Conf. *Obſ. Miſc. Vol.* I. *pag.* 124, 125. Ita jam πορευομενοι & hoc loco addi potuit, quo ſic ſignificaretur, ut mihi quidem videtur, iſtos homines quan-

quantocyus a ſollicitudinibus &c. ſuffocari. Aut, ſi malis, addidit hoc Lucas, ut hos homines nobis ſiſteret, tanquam qui ſunt in continuo motu. Ceterum ita hactenus cum plerisque Interpretibus ὑπο μεριμνων cum συμπνιγονται jungo: quod male inprobat Cl. Heumannus, ut liquet ex *Matth.* XIII. 22. & *Marc.* IV. 19. Dicitur ibi, fateor, ὁ λογος συμπνιγεσθαι; ſed in eo nihil difficultatis; homines enim hic conſiderari poſſunt, tanquam qui cum verbo, quod acceperunt, conglutinati, unum quaſi idemque ſunt: tribuitur quoque non raro hominibus ipſis, quod proprie rebus ad ipſos pertinentibus convenit: vid. Com. 23. & ibi inprimis Cl. Kypke, quem itaque hic ratio fefellit, cum συμπνιγονται active vertit *ſuffocant;* quia ſcilicet homines non ſuffocantur, ſed verbum in iis: quod porro addit, ejusdem commatis eſt.

Ib. COM. 15.

Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ —— καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

Cor *honeſtum* & *bonum* vocat Dominus, quod per efficacem Spiritus S. virtutem purificatum, emendatumque eſt: nemo enim per ſe aptus ad ſemen verbi Euang., ut decet, accipiendum. Fruſtra ab omnibus Euangelium audiretur, ſi Deus mentes ipſe non excoleret, pur-

garetque a vitiosis, quibus obsitae sunt, herbis. Recte hic dixeris de Spiritu Dei, quod Cicero *secunda Tuscul.* satis magnifice Philosophiae adscribit: *cultura animi philosophia est: quae extrahit vitia radicitus, & praeparat animos ad fatus accipiendos, eaque mandat his, & ut ita dicam serit, quae adulta fructus uberrimos ferant.* Καλῇ καὶ ἀγαθῇ scribit Lucas. Cultiores Graeci passim καλος κἀγαθος, unde una voce καλοκἀγαθος. Nec tamen cum Suida καλος καὶ ἀγαθος improbandum; nam & ita nonnunquam vel praestantissimi Scriptores. Vid. summus Wesseling. *diatribe de Jud. Archontibus p.* 11, 12. & Cl. Wetsten. ad h. l. Locis ab utroque laudatis addas licet Xenophont. κ. Π. VIII. 3. παρορμαν επι τα καλα και αγαθα εργα. Aeschin. *Dial.* II. *pag.* 96. ουκοῦν προτερον εδοκει του καλου και αγαθου ειναι: alias ille ubivis καλος κἀγαθος, ut eadem pag. & pag. 66, 70, 72, 74. Ὑπομονη hic est & *patientia malorum* & *constantia*, quae utraque requiritur, si fructus bonos maturosque feres.

Ib. Com. 17.

Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

Proverbialis est locutio, quae pro materia substrata varie adplicari potest: quorsum vero hic spectet, non est in obscuro. Vox ἀποκρυφος rarior. J. Trigland. Vir excellentissimus scribit in

diss.

diſſ. de appellatione librorum apocryphorum §. 3. „ Nomen ἀποκρυφος, quamvis indubie ab ἀπο„ κρύπτω, verbo Graecis communiſſimo, deri„ vetur, nunquam tamen, quod ſciam, legitur „ illorum profanis Scriptoribus uſurpatum, ſed „ Sacris tantum & Eccleſiaſticis, qui ex ſacris „ ſapuere &c.„ Laudat dein Gloſſarium vetus, qui ἀποκρυφον reddit *abditum*, *abſconditum*, *arcanum*, *obſcurum*, Suidam v. φερεκυδης, & Clem. Alexandr. Verum & exſtat apud τους εξω. Herodot. *L.* II. *C.* 35. τα μεν αἰσχρα, αναγκαιω δε, εν ἀποκρυφῳ εϛι ποιειν χρεων. Callimach. Fragm. CCXXXII. Γραμματα δ' ουχ' ἑιλισσεν ἀποκρυφα.

Ib. COM. 18.

Ὅς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Phraſes item proverbiales. Qui divitias habent, novis identidem cumulantur: qui pauperes ſunt, manent plerumque pauperes, & curta, qua gaudent, ſupellectile, ſaepe tandem deſtituuntur. Martialis *L.* V. *Epigr.* 83.

Semper eris pauper, ſi pauper es, Aemiliane;
Dantur opes nullis nunc, niſi divitibus.

Ita res ſe habet in regno Chriſti. Quibus fidei aliorumque ſpiritualium bonorum copia ſuppetit, illi aliis in dies coeleſtibus ditantur bonis: contra

ea, qui nihil habent, ſaepe & amittunt externa, quibus mactati erant, privilegia. Hinc, βλεπετε πως ακουετε: bene enim ſi audirent, vere divites forent; ſin minus, pauperes, nihil habentes. *Divites* Graecis, praeſertim Tragicis, paſſim dicuntur οἱ εχοντες ſcil. χρηματα, ουσιας, quod aliquando additur: *pauperes* ex adverſo μη εχοντες. Vid. Kypke ad h. l. Wetſten. ad *Matth.* XIII. 12. Valcken. ad Herodot. *L.* VI. *C.* 22. & ad *Eurip. Phoen.* ℣. 408., ubi κακον το μη ᾽χειν pro ἔχειν. Adde Eurip. *Alceſt.* ℣. 58. προς των εχοντων φοιβε τον νομον τιθης. Sophoc. *Ajac.* ℣. 157. προς γαρ τον εχονθ᾽ ὁ φθονος ἑρπει. Ceterum ὃ δοκεῖ ἔχειν mihi hic cum plurimis idem eſt, ac ὃ ἔχει, ut habent Matth. & Marc. ac Noſter *C.* XIX. 26. Ita ſaepe loquuntur Graeci, ut docet Kypke ad h. l. & L. Bos ad *Act.* XVI. 13. Maxime Scriptores Eccleſiaſtici, quod non obſervatum Viris etiam doctiſſimis aliquando fraudi fuit, ut bene notavit Ill. Montfauc. *Praelim. ad Origen. Hexapla p.* 13. Ceterum, conferre cum h. l. licet illud Juvenalis *Sat.* III. ℣. 208, 209.

Nil habuit Codrus. Quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil ——

Ib.

Ib. COM. 20.

Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων ——— ἰδεῖν σε θέλοντες.

Convenit cum τῳ, απηγγιλη αυτῳ, λεγοντων, illud Caesaris *L.* II. *B. C. C.* 36. *Nuncii praemissi ab rege Juba venerunt, qui illum adesse dicerent:* atque ita ille saepius. Orationis structura hic paulo est inpeditior. Cl. J. Gronovius ad *Arrian. p.* 12. per ανακολουθιαν explicat. Alii aliter. Vid. Cl. Albert. *Peric. Crit. p.* 18. Licet cum Belgis aliisque intelligere ὑπο, quando comma post αυτῳ expungendum. Exempla talis ellipsi. multa exstant. Vid. l. c. Latini quoque saepius praepos. omittunt. Ovid. *Ep.* XII. *Heroid.* ℣. 105. *deseror conjuge:* Alii. Conf. Cl. Oudendorp. ad *Hirt. de B. A. C.* 78. Malim tamen cum Cl. Alb. post λεγοντων subaudire τινων, vel potius cum Cl. Kypkio αυτων, sic ut sit gen. absol. Herodot. ita *L.* I. *C.* 3. τους δε, προισχομενων ταυτα, προφερειν σφι Μηδειης την ἁρπαγην: ubi ὁ Πανυ plura. Sic & alii. Ιδειν *videre*, &, antecedenti pro conseq. posito, *colloqui*, ut recte observavit Cl. Duk. ad *Thucyd. p.* 311. Ita certe h. l. conf. Kypke & Wetst. Add. *Joh.* XII. 21. θελομεν τον Ιησουν ιδειν, & *Rom.* I. 11. επιποθω γαρ ιδειν. Com. praeced. habes συντυχειν: frequentius hoc sensu εντυχειν, quod cum τῳ ιδειν quoque conmutat Lucianus, ut vides loco a Dukero laudato.

Ib.

Ib. Com. 23.

Ἀφύπνωσε· καὶ κατέβη λαίλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην· καὶ συνεπληροῦντο.

Ἀφυπνωσε recte Vulg. dedit *obdormivit:* conf. *Jud.* V. 27. Αφυπνιζειν Phrynichus, Moeris, & Thom. M. Atticis tribuunt, nec inmerito. Utrumque verbum significat *e ſomno excitare*, & ſenſu neutro *expergefieri*, ut poſuit Philoſtratus, aliique. Vid. Cl. Sallier. & Pierſ. ad *Moer. Attic. p.* 61. Verum apud communes Gr. adhibetur de iis, qui gravi ſopore correpti ſunt. Κατεβη hic adpoſitum: vide Cl. Burm. ζευς καταιβατης *C.* V. *pag.* 264. & Cl. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 60. Joſephus non diſſimiliter uſus verbo επιβαινειν *Antiq. L.* XVI. *C.* 2. §. 1. ubi επιβαινοντος του χειμωνος; quod Interpres vertere debuiſſet, non, *hyeme appetente;* ſed *tempeſtate ingruente.* Thucydides ita επιγιγνεσθαι *L.* IV. *C.* 3. κατα τυχην χειμων επιγενομενος κατηνεγκε τας ναυς ες τον πυλον: ſic alibi. Ad το, συνεπληρουντο vid. inter alios Kypke. Paſſim ſcilicet permiſcentur locutiones de navigantibus & navi. Lucian. *de mercede Cond. C.* 2. ita ὑπεραντλουμενοι τῃ ἀλμῃ. Eleganti tralatione Eurip. *Hippol.* ϒ. 767. de Phaedra χαλεπᾳ δ' ὑπεραντλος ουσα Συμφορᾳ; atque ſic ſaepe Graeci in hac voce, quae alias propria eſt navi: conf. Cl. Hemſterhuſ. ad *Luc. Tim. C.* 4.

Ib.

Ib. COM. 24.

Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.

Επιστατα. In nonnullis Codd., Verſ., & Edd., ſemel dumtaxat legitur: male. Repetitio orationi nervum addit, & επιστατα recte ingeminant diſcipuli praeſentiſſimo periculo mirum quantum conſternati. Εγερθεις paſſim male vertitur *ſurgens*, cum reddendum ſit *expergefactus*, *excitatus e ſomno*, ut bene obſervavit Cl. Abreſch *Lect. Ariſtaen. p.* 148. Ad ſeqq. επετιμησε τῳ ανεμῳ και τῳ κλυδωνι του ὑδατος vide, quae congeſſit Wetſten. ad *Matth.* VIII. 26. & Pricaeus ad illum & hunc locum. Imitatus Prudentius *Cathem. Hymno* VIII. *Increpas ventum furentem, quod procellis triſtibus Verſat aequor* &c. Marcus addit, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· Σιώπα, πεφίμωσο. Egregie! Σιωπαν minus, πεφιμωσο plus dicit. Locutio deſumta eſt a belluis. Magnifice Deus dicitur φραττειν την θαλασσαν *os maris* tanquam ferae *obturare*: vide Cl. Valcken. ad *Ammon. pag.* 137, 138. Sic & alias. Huc quoque pertinet, quod Naſo dixit *Heroid. Ep.* VII. ℣. 179. *Dum freta miteſcunt.* Orientales eandem figuram frequentant.

Ita

Ita *Pſ.* CVII. 29. ubi Interpretes dictionis elegantiam & dignitatem non perſpexerunt, quod ipſos fugeret origo verbi חשה. Dicit ibi Pſaltes: *ſtare facit tempeſtatem aeſtuantem in conplanationem*, & יחשו גליהם, φιμουνται *obmuteſcunt, clauſo velut ore, fluctus ejus:* conf. ὁ Παυ ad *Hamaſ. pag.* 315. Optime ſequitur: και επαυσαντο, και εγενετο γαληνη. Similiter Ovid. l. c. ℣. 49.

Jam venti ponent, ſtrataque aequaliter unda,

ubi illud Pſalmographi *ſtare* &c. egregie expreſſum. Virgil. *Ecl.* IX. 57.

Et nunc omne ſtratum ſilet aequor, & omnes,
Adſpice, ventoſi ceciderunt murmuris aurae.

Aulus Gellius *N. A.* II. *C.* 30. *fluctus* —— *ſimul ac ventus poſuit, ſternuntur & conflacceſcunt, & mox fluctus eſſe deſinunt.* Locum debeo Cl. Valcken. ad *Herodot. L.* VII. *C.* 191. ubi plura. Vides & ibi, utriusque linguae Scriptores dicere mare, & aequor *ſterni.* Dicunt quoque *jacere aequor*, ut docuit Cl. Oudendorp. ad *Lucan. L.* I. ℣. 260. Pro πανεσθαι Herodot. l. c. dixit κοπαζειν, quod Heſychius per πανεσθαι exponit. Habet etiam Matthaeus *C.* XIV. 32. ubi εκοπασεν ὁ ανεμος. Sic & alii: conf. Cl. Weſſeling. De voce γαληνη vide quae ad h. l. notarunt VV. DD., & Cl. J. D. a Lennep *Anim. ad Coluth. pag.* 108. Gloſſarium Lat. Gr. *Mare tranquillum.* Θαλασσα γαληνη. lege cum Vulc. γα-

γαληναιη, vel θαλασσης γαληνη. Ceterum hic novum, & luculentiſſimum quidem divinae Servatoris potentiae habemus documentum. Empedocles dictus κωλυσανεμας vel κωλυσανεμος, item αλεξανεμος, quia credebatur habere poteſtatem conpeſcendi ventum. Ita Heſych. v. Κωλυσανεμας· ὁ Εμπεδοκλης οὑτω καλειται, ως ὑπισχνουμενος εφεξειν τους ανεμους: ubi Cl. Alb. Idem v. Ανεμοκοῖται οἱ ανεμους κομιζοντες. γενος δε τοιουτον φασιν ὑπαρχειν εν Κορινθῳ. Ad verbum convenit Suidas, quem ſua ex Heſychio hauſiſſe, putat Cl. Kuſterus. Tradiderunt itaque ab aevo, hominum genus Corinthi fuiſſe, quod ventos ſopiret. Eleganter id dixerunt κομιζειν, ευναζειν, ευναν. Nazianzenus in carmine de filio γ. 72.

——— και ὡς θεος ευνασε ποντον.

quod interpres Gr. explicat per την αγριουμενην εκοιμισε θαλασσαν. Vide & Nonn. *Dionyſ.* XXVIII. 256. Herodotus quoque l. c. narrat, magos humanis hoſtiis, & praeſtigiis incantando ventum, & Thetidi ac Nereïdibus ſacrificando, tempeſtatem compoſuiſſe, παυσαι; verum bene addit: ἡ αλλως κως αυτος εθελων εκοπασε, *ſive alioquin ipſa ſua ſponte ceſſavit:* haec enim & id genus alia certe nil niſi merae nugae. Dei eſt, Dei ſolius inperare mari, ſic ut dicto obediens ſit: vide l. Pſ. cit. & conf. hic Pric., Wetſten. ad *Matth.* & Elsner. ad *Marc.* IV. 39. maxime loca Sirach. & Maccab. ibi laudata.

Ib.

Ib. Com. 31.

Εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

„ Ex *Marc.* V. 10. probabiliter colligitur, „ non intelligendum esse infernum; sed lo- „ ca ab hominibus deserta, quale πού etiam est „ vorago aquis plena.„ Ita Cl. Hackspan. *in Not. ad h. l. pag.* 311. Consentit Wolf. Verum vellem, probassent Viri docti hanc v. ἄβυσσου significationem; quia, ita alicubi venire, ego quidem ignoro. In N. T. ἄβυσσος saepius occurrit; sed semper notione *infernorum:* vid. *Apoc.* IX. 1, 2, 11. XI. 7. XVII. 8. XX. 1, 3. Add. *Rom.* X. 7., ad quem locum legisse non poenitebit, quae Cl. J. Michaëlis docte notavit *in Epimetro ad R. Lowth Prael. de S. Poëst Hebr. P.* I. *p.* 194. Atque, ita & h. l. capiendum, docet *Com.* 28. collatum cum *Matth.* VIII. 29. Ceterum, ad Marci locum quod adtinet, liquet inde, inpuros Spiritus quoque orasse, ne Dominus ipsos extra regionem mitteret, quippe quae ipsorum operationibus perquam erat opportuna: verum hoc aliud quid, quam quod hic habemus. Confer autem locum Euripid. *Phoenissi.* ὑ. 1598, 1599. Ταρταρου γαρ ωφελεν Ελθειν Κιθαιρων εις αβυσσα χασματα.

Ib.

Ib. Com. 32.

Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλουν —— καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

Συων αγελαι dixit quoque Hesiodus *Scut. Herc.* v. 168. Amant porci, ut observant historiae naturalis Scriptores, montanum pastum, unde hic βοσκομενων εν τω ορει. Verum unde hoc loco tanta porcorum multitudo? Ratio in promtu. Haec urbs erat Graecae disciplinae & religionis. Ita diserte Josephus. Γαδαρα, και Ἱππος, Ἑλληνιδες εισι πολεις *Antiq. L.* XVII. *C.* 13. Conf. ὁ Πανυ Bochart. *Hieroz. L.* II. *C.* 57. Ceterum videtur primo adspectu optimi Servatoris benignitate minus dignum, quod impuris daemonibus permiserit, ut in porcos ingrederentur, quo facto ἡ αγελη ὡρμησε κατα του χρημνου εις την λιμνην, και απεπνιγη, ut refert Lucas *Com. seq.* Sed notandum, Dominum nemini unquam homini miraculis suis nocuisse; at, cum ejus magni interesset, ut inter omnes constaret, ipsum homine majorem esse, & verum Deum, qui aeque perdere ac servare possit, ipsum, uti medendi peritis, mortiferam herbarum vim experimento probaturis, in more est positum, non in homines, sed in inanima & bruta exempla statuisse, ut egregie observavit Cl. A. Voget, lucidum hujus Academiae sidus,

Orat. de Natatilibus ad aram Jehovaeh non factis pag. 89. Atque ita ſeſe hic res omnino habebat, ut ib. monitum. Praegnantes ſane Domino erant hujus ſui conſilii rationes, quarum nonnullas adtigit Henr. Morus Wolfio ad Marcum laudatus *Opp. Theol. pag.* 135. Notavit Gesnerus *Proleg. in Aelian. H. A. pag.* 9. porcos in mare praecipites dari daemoni permitti a Domino, ut ea tum hiſtoria, tum ſimilitudine admoneantur mortales, omnes, qui brutam hujusmodi porcorum inſtar vitam degant, ventri & libidinibus mancipati, daemonum arbitrio, a quibus exagitati in abyſſum perditionis ruituri ſunt, permiſſum iri. Cauſa mihi quidem in ipſis Gadarenis, munerisque Chriſti ratione, praecipue quaerenda videtur. Verum haec res ampliora ſpatia requirit.

Ib. Com. 33.

Εἰσῆλθεν.

Multi Codd., inter quos & Guelpherbyt. A. habent εισηλθον, probante Bengelio. Eadem variatio Com. 30. Saepe ſcilicet Scriptores decreta Grammaticorum hic negligunt. *Strabo L.* V. *p.* 330. *C.* ὁσην εγκυκλουνται τα Απεννυνα ορη. Diod. Sic. ſaepe: vid. ὁ Πανυ ad *L.* I. *C.* 93. *L.* II. *C.* 19. ubi ως ηγγισαν αλληλοις τα στρατοπεδα. *L.* V. *C.* 8. ταυτα δε τα εθνη προς αλληλα διεφεροντο, ubi plura congeſta. Add. Herod. *L.* II. *C.* 96. ταυτα τα πλοια ανα μεν τον

πο-

ποταμον ου δυναντ' πλεειν. In noſtris libris ita frequenter: vid. *Matth.* XXVII. 52. *Act.* IV. 25. *Gal.* III. 8. *Jac.* II. 19. Permutatur etiam uterque numerus loco illuſtri 2 *Petr.* III. ubi Com. 10. ſοιχεια δε καυσουμενα λυθησονται, & Com. 12. ſοιχεια καυσουμενα τηκεται. Non diſſimiliter Ael. *H. A. L.* IX. *C.* 8. εις ας εμπιπτουσι τα ζωα ταυτα, και τα μεν ἁλισκεται, τα δε ἀναιρειται. Ceterum praeiit hic Homerus; & operae eſt de hac conſtructione legere Apoll. Dyſcol. *de Syntaxi L.* III. *C.* 11.

Ib. COM. 43.

Ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον.

Προσαναλωσασα requireret ιατροις; atque ita habent Varii Codices, inter quos & Guelpherbyt. A.; plures item Edd., probante cum aliis Wetſtenio. Simplex ἀναλισκειν cum εις ſaepius occurrit. Nihil quoque frequentius, quam προ & προς confundi. Hinc in mentem venit, an non pro προσαναλωσασα hic legendum ſit προαναλωσασα. Verum vulgata ſtare poteſt, & plura talia apud quosvis ſcriptores habentur: vid. Abreſch *Adnot. ad h. l.* Unde nulla mutatione opus.

CAPUT NONUM.

Com. 3.

Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδους κ. λ.

Plures ſcripti libri, Verſiones, & Edd. habent μητε ραβδον. Sed vera lectio eſt μητε ραβδους: quomodo & apud Matthaeum habent varii Codices, inter quos & Guelpherbyt. A.; atque ita & pro vulgato μητε ραβδον legendum eſſe, non absque ratione cenſent eruditiſſimi Viri: cum omnis εναντιοφανεια inter Euangeliſtas erit ſublata: quanquam illa ceteroquin nec tanta ſit, ut non facile dilui poſſit. Eſt alia difficultas, quae multum negotii faceſſit Interpretibus. Praeceptum Domini a Matthaeo ſic traditur, *C.* X. 10. Μη πηραν (κτησησθε ſcilicet) εις ὁδον, μηδε δυο χιτωνας, μηδε ὑποδηματα, μηδε ραβδον. a Marco autem *C.* VI. 8, 9. μη πηραν, μη αρτον, μη εις την ζωνην χαλκον. Αλλ' ὑποδεδεμενους σανδαλια. Haec certe prima fronte ſecum pugnare videntur. Varia excogitarunt Viri eruditi, quo illa conciliarent: vid. Wolf. Optime autem, meo judicio, in concordiam redegeris, ſi hic cum Cl. Erneſti *Interpr. N. T. p.* 231, 232. aliisque Salmaſium ſequaris. Nimirum idem ex Viri maximi ſententia diſcrimen eſt inter ὑποδηματα, &

& σανδαλια, apud Graecos, quod apud Romanos inter *calceos*, & *ſoleas*. Priora ſunt altiora & profundiora, quibus totus pes inmittitur, poſteriora plantae tantum pedis aptata reticulato vinculorum flexu adſtringuntur. Ait quidem Wolfius, diſcrimen hoc non ſatis conſtare, quod & poſt Erasmum, Bezam, Grotium, aliosque doctos Viros, contendit Bynaeus *de calc. Hebr. L.* I. *C.* 6. §. 10. Verum in eo falluntur praeſtantiſſimi Viri. Υποδημα quidem antiquitus notavit *ſoleam;* ſed, uſu calceorum, quibus totus pes includitur, introducto, ad illos denotandos ſpeciatim haec vox eſt adhibita; σανδαλιον vero ſoleis ſignificandis deſtinatum. Id quod Viri eruditi obſervare debuiſſent. Σανδαλιον autem ita dicitur, ut poſt Camerarium docet Hemſterhuſ. ad *Polluc. L.* X. *Segm.* 49. απο των σανιδων, a *tabulis*, quas homines vetuſtiſſimi, corio nondum utilius in hunc uſum invento, pedibus ſuis ſubligabant: remanſit, eo reperto, ut in talibus fieri ſolet, hoc nomen. Videntur σανδαλια priſcis temporibus foeminis opulentioribus & luxurioſis fuiſſe propria, cum plebejae & modeſtiores mulieres iisdem ὑποδημασι uterentur, quibus viri. Vid. Aelian. *V. H. L.* VII. *C.* 11. & *L.* I. *C.* 18. atque ibi Cl. Periz. Lucianus επιχρυσα σανδαλια in meretricularum ornatu numerat. Bion canit Venerem interfecti Adonidis dolore percuſſam per aſpera montium & agrorum errare ασανδαλον. Id Philoſtrato juniori eſt αβλαυτος, quomodo certiſſime pro αχλαυσος legendum, *Icon. C.* V. *pag.* 869. Σανδαλια nempe & βλαυται vel βλαυτια parum

discrepabant: vid. Hemsterh. l. c. & *Obs. Misc. Vol.* V. *p.* 23. Nonnunquam tamen & σανδαλια viris, aeque ac foeminis, plebejis quoque, tribuuntur; ut vides vel ex loco Theocriti ibi laudato. Addo insignem Diod. Sic. locum, unde, quae dixi, egregie firmantur: habes *L.* V. *C.* 45, 46. De Panchaeis inter alia *C.* 45. dicit: ὑποδεσεσι δε κοιναις χρωνται. Ad haec notat Cl. Wesseling. „ Mox ὑποδεσεσι καιναις, ut ra„ rum atque inusitatum calceorum genus innua„ tur, melius videri potest.„ Si hic a magno Viro discedere liceret, legerem potius κοιλαις· ὑποδηματα κοιλα habes apud *Polluc. L.* VII. *Segm.* 84.; atque Salmas. *in Tertull. pallium* de ὑποδημασι κοιλοις egisse monet ibi vir egregie doctus J. Kuhnius. Sequenti Cap. Diod. de Sacerdotibus narrat, eos deliciis, vitaeque mundities ac sumtu, ceteros longe superare, quorsum & refert, quod την ὑποδεσιν εχουσι σανδαλια ποικιλα φιλοτεχνως ειργασμενα: χρυσοφορουσι δ' (ita addit) ὁμοιως ταις γυναιξι πλην των ενωτιων: ad quae vid. ὁ Πανυ, & Casaub. ad *Pers. p.* 181. Concessit itaque, ut in viam redeamus, discipulis suis Dominus ραβδον & σανδαλια, non ὑποδηματα. Conf. cum his, quae habet Lamius in libr. *de eruditione Apost. p.* 93. seqq. Suidas v. βλαυτη refert partem Epigrammatis, in quo philosophus quidam cynicus, philosophia valere jussa, baculum & soleas, vitae prioris insignia, Veneri tradit consecranda, his verbis;

Ὁ σκηπιων, και ταυτα τα βλαυτια, ποτνια Κυπρι
Ἀγκειται Κυνικου σκυλα Προσωχαρεος.

In-

Integrum epigramma in Notis exhibet Cl. Kusterus: ubi vides πηραν adcedere. Conferas licet Antip. in Diogenem Cynicum *Anthol. Gr. pag.* 419. n. 12.

Ω μια τις πηρα, μια διπλοις, εἰς ἀμ' ἑφοιτα
Σκιπων, αυταρκους ὁπλα σαοφροσυνης.

Add. n. 13. ubi ita.

Βακτρον, και πηρη, και διπλοον εἰμα σοφοιο
Διογενους, βιοτου φορτος ὁ κουφατος.

In Lucian. *Opp. T.* III. *pag.* 548. ad habitum cynici refertur & ανυποδητειν. Plura addere possem; verum haec sufficiunt. Ceterum εχειν hic in fine est pro εχετε; atque ita saepe infin.: vide Cl. Wesseling. *Diss. Herodot. pag.* 67. & ad *Herodot. L.* I. *C.* 63. & *L.* VII. *C.* 228. Add. Wetsten. & Abresch *Adnotat.* ad h. l.

Ib. COM. 12.

Ἡ δὲ ἡμέρα ἠρξατο κλίνειν —— καταλύσασι, καὶ εὕρωσιν ἐστιστισμὸν.

Sol in vesperam inclinatus passim dicitur κλινειν, unde apud veteres philosophos aliosque frequens solis κλισις, quorsum & refer κλιμα, & εγκλινειν, εγκλιμα, εγκλισις apud Astronomos. Verum de *die* quoque adhibent Graeci, ut hoc

loco. Sic apud Stobaeum *p. m.* 111. ὡς ἡμερα κλινει τε *cet.* atque ita alibi. Plenius autem dicitur sol vel dies κλινειν εις δειλην vel επι δυσιν: vid. L. Bos *Ell. Gr.* item εις ἑσπεραν. Sic Arrian. *de exped. Alex. L.* III. *C.* 4. εγκλιναντος δε του ἡλιου ες ἑσπεραν. De hoc genere plura habet Pricaeus ad *C.* XXIV. Wetsten. ad h. l., & Cl. Valck. ad Herodot. *L.* IV. *C.* 181. Quod sequitur, verbum καταλυειν ita, ut hic, saepe; vid. *Cap.* XIX. 7. & ibi L. Bos. Scholiast. ad Aristoph. *Plut.* ψ. 142. καταλυω, και το αναπαυομαι αμεταβατως, αφ' ου και καταλυμα, ἡ αναπαυσις Vox επισιτισμος Lexicographis, ut plures aliae, neglecta. Verbum, unde descendit, habes apud Herodot. *L.* VII. *C.* 176. εκ ταυτης δε επισιτιεισθαι ελογιζοντο οι Ἑλληνες: praetereo, quae ex Thucydide, Diodoro Siculo, aliisque addi possent, jam notata, ut video, a Cl. Wetsten. Επισιτισμος vero nec tam rarum: ut vides apud eundem, & apud Cl. Kypke ad h. l. quibus adde Cl. de Rhoer *Fer. Dav. p.* 109.

Ib. Com. 13.

Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· οὐκ εἰσὶν ἡμῖν —— εἰ μή τι κ. λ.

Δοτε αυτοις ὑμεις φαγειν, ait Dominus. Ludit sic cum suis suprema Sapientia! Verba numero pauca, atque ita concepta, ut discipulos percellere, sollicitudinemque ipsis injicere debe-

rent.

Digitized by Google

sent. Respondent: ουκ εισιν ὑμιν *cet.* Beza, Grotius, aliique, orationem ellipticam, atque hoc modo supplendam esse, censent: non sunt nobis plures, quam quinque panes, & duo pisces; non possumus itaque illis dare, quo vescantur, *nisi* &c. Tales mihi ellipses sunt suspectae, scribit Cl. Kypke. Quomodo ergo ille? „ Marcus, „ ait, *Cap.* VI. 37. verba nostra interrogative „ exprimit: *Numquid abeuntes emere debemus pa-* „ *nes ducentorum denariorum?* Verto igitur & h. „ l. ει μη τι *cet. Numquid abeuntes emere debe-* „ *mus* cet. Vocula ει μητι *numquid* denotat 2 *Cor.* „ XIII. 5. &c.„ Verum nescio, cur tales ellipses Viro docto sint suspectae. An in iis inest aliquid vitii? Inveniuntur certe apud optimos quosque Scriptores, & in S. Lit. sunt frequentes. Teruntur autem maxime in sermone familiari, qualis hic est. Adfectus quoque saepe orationem facit ellipticam: Atque id, si adtendamus, heic loci quoque observabimus. Dicunt, ουκ εισιν ὑμιν πλειον η πεντε αρτοι, και δυο ιχθυες, ει μη τι πορευθεντες ἡμεις αγορασωμεν εις παντα τον λαον τουτον βρωματα: adjuva haec pronunciatione, & senties, non adeo discipulos, quam quidem adfectum, hic loqui. Ad locum autem Marci quod spectat, non tam certum, interrogative esse intelligendum. Stephani tertia in ora haec habet: ερωτηματικως εν τισιν αναγινωσκεται, εν τισι δε αποφαντικως. Quidni, etiamsi Dominum adloquantur, ita intelligamus, *abeamus itaque & emamus* cet.? Ceterum & hic illa confusio τ ο & ω, de qua dictum ad *C.* III. 10.; Varii enim Codd. apud Marcum & h. l. habent αγορασομεν.

Ib. Com. 20.

Τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ.

Errant, qui volunt, υἱον τ θεϑ, & τον χριϛον, ut habet Marcus C. VIII. 29. vel τον χριϛον τ θεϑ, ut hic, eſſe ἰσοδυναμυντα. Matthaeus plene C. XVI. 16. Συ ει ὁ χριϛος, ὁ υἱος τ θεϑ ζωντος: atque ita & h. l. Goth. ut & Arab. verſio Rom. & Erpen. Edit. Vid. Wolf. Verum nihil mutandum. Bene ſcilicet hic notandus ſtilus S. S. Tituli *filii Dei*, & *Chriſti*, ſubinde ita inter ſe permutantur, ut alterum alterum complectatur. Id quod liquido conſtat ex prima Epiſt. Joannis: ibi C. V. 1, 4. credere *Jeſum* eſſe *Chriſtum*, & eſſe *filium Dei*, ita alternantur, ut, ubi alterum occurrit, alterum mente ſit ſubintelligendum. Dantur plura talia. Unum tantum adhuc exemplum excito. *Act.* IX. 20. Noſter de Saulo converſo dicit: Και ευθεως εν ταις συναγωγαις εκηρυσσε τον Χριϛον (malim vero cum Grotio, Millio, Bengelio, aliisque, quod plures habent Codices & Verſiones, Ιησεν) ὁτι ὁτος ἐϛιν ὁ υἱος τ θεϑ. Commate vero 22. συμβιβαζων, ὁτι ὁτος ἐϛιν ὁ Χριϛος. Atque ita & de hoc loco ſentiendum.

Ib.

Ib. COM. 23.

Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

Paucis hiſce verbis omnem Chriſtianam diſciplinam admirabiliter conplexus eſt Dominus. Hic vera theoſophia. In recta horum praeceptorum obſervatione noſtra eſt felicitas, & profeſſionis Chriſtianae conſummatio. Verum enimvero habet hic homo Chriſtianus, non tiro, ſed vir in Chriſto, in quo ſeſe ſemper exerceat. Egregie Ignatius, cum ad martyrium adpropinquaret, νυν αρχομαι μαθητης ειναι: *nunc incipio diſcipulus eſſe.* Neque alterum abſque altero hic conſiſtere poteſt. Officium primum eſt απαρνεισθαι ἑαυτον. Phraſis certe ſignificantiſſima. Απαρνεισθαι eſt negando aliquid repudiare, a ſe repellere, unde, quid ſit απαρνεισθαι εαυτον, mox ſentis: Confer ad pleniorem rei intelligentiam Com. ſeq. Secundum praeceptum eſt αιρειν τον σταυρον αὐτου. Locutio deſumta, ut nemo non videt, a conſuetudine illa, qua, qui in crucem agerentur, ſuam ipſi portabant crucem. Plerique Patres in *cruce* cogitarunt, & recte quidem, de *morte violenta.* Latius tamen conplectitur quoque omnia probra, mala, adverſa, Chriſti cauſa perferenda. Tertium, ακολουθειτω μοι. Cl. H. Witſius in aureo libro *Oecon. Foed. L.* III.

Digitized by Google

III. *C.* 12. §. 90. haec notavit. „ Pulcre a „ Viro docto (Cloppenburgio puta) obſerva„ tum eſt, diſtinguendum eſſe inter imitatio„ nem, vel μίμησιν, a qua μιμηταὶ imitatores, „ Chriſti dicuntur 1 *Cor.* XI. 1. & inter ἀκολουθη„ σιν, ſive obſequium, quo jubemur Chriſtum „ ſequi: ακολουθειτω μοι *Matth.* XVI. 24. & „ ἀκαλουθεῖ ὀπίσω μου *Matth.* X. 38. Prius „ enim notat conformationem ad exemplar: „ poſterius obſequium ſervorum euntium poſt „ dominos. Quae a vernacule ſcribentibus ple„ rumque ſunt confuſa, quum confundenda „ non ſint.„ Hactenus adcuratiſſimus Theologus. Atque ita quoque alii. Verum, quod pace virorum doctorum dictum ſit, diſtinctio haec ſolido hic deſtituitur fundamento. Ακολουθειν notat, fateor, obſequium ſervorum poſt dominos ſuos euntium; ſed hoc non tantum. Significat quoque, veſtigia alicujus legere, exprimere alicujus exemplum, imitari. Ita Libanius *Epiſt.* XLVIII. Πολλους δε ἡ Ρωμη τρεφει ρητορας πατρασιν ακολουθουντας. Baſilius *Hexaëm. Homil.* VIII. *pag.* 102. ταις μελισσαις, ὁσαι αν μη ακολουθησωσι τω ὑποδειγματι του βασιλεως, ταχυ μεταμελει. Plura adſcribere non opus eſt. Adde &, quod, ſi exponas, ut volunt praeclari Viri, οπισω μου ελθειν, & ακολουθειν μου, unum idemque ſit. Ill. Grotius hinc ita: *Qui me ſequi vult ſe abdicet, crucemque in humeros ſuos tollat, ut vere ſequi me poſſit.* Poteſt ſic exponi, minus conmode tamen: ſubſtitue tu, *& mea veſtigia teneat, exemplum meum exprimat,* (ſtudeat omni virtuti & Sanctimoniae, ad mei imitationem exem-

exemplaris) ac ſenties, niſi fallor, ſic inſigne decus ſuumque complementum adcedere orationi. Eximie Theophylactus in *Joh. C.* XXI. οἱ κατ' ἰχνος της αυτου πολιτειας βαινοντες και μιμουμενοι αυτου την εν πασιν ακριβειαν, οὑτοι ακολουθουσιν αυτῳ. Plura talia dabit Cl. Suicerus *Theſaur. Eccl. T.* I. *pag.* 162. Huc refer, quod integrum vitae, piumque hominem Baſilius vocet τυπωμα της ἁγιωτατης του Χριστου προαιρεσεως, & Clemens Alexandr. paſſim; ſed audacius, εν σαρκι περιπολουντα Θεον. Non multum abit, quod Patres Chriſtiani dicerent, veros fideles ἀγαλματοφορειν τον Χριστον, τον ουρανιον λογον. Vid. Euſeb. *H. E. L.* X. *p. m.* 308, 314. Ignatius non diſſimiliter *Epiſt. ad Philipp.* §. 13. ἀγαπατε αλληλους εν κυριῳ, ὡς Θεου ἀγαλματα: ubi vides expreſſum illud Apoſtoli *Eph.* V. 1, 2. γινεσθε ουν μιμηταὶ του Θεου —— και περιπατειτε εν ἀγαπῃ. Ceterum in totum Comma lege orationem Chryſoſtomi εις την προσκυνησιν του τιμιου και ζωοποιου σταυρου *T.* V. ed. Savil. *pag.* 877. ſeqq. ubi perquam egregiam hujus loci explicationem reperies.

Ib.

Ib. Com. 24. 25.

Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. —— Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κ. λ.

Τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ posſes exponere *ſemet ipſum*: permutatur enim hic ἀπολεσαι τὴν ψυχὴν αὐτου, & ἀπολεσαι ἑαυτον. Atque ita etiam οἱ ἐξω loquuntur: Vid. Ill. Cuper. *Obſ. L.* I. *C.* 20. Recte tamen communem notionem της ψυχης tenebis. Ψυχη non tantum notat *animam*, ſed & *vitam*. *Anima* pro *vita* Latinis etiam non ignota. Viri docti hoc tot exemplis probarunt, ut nobis otium fecerint. Vid. praeter Wolf. ad Matth. Alberti *Obſ. pag.* 59. Kypke ad *h. l.* Nanſius ad *Nonni paraphr. in Joh. p.* 144. Triller. *Obſ. Crit. pag.* 351. & Arntzen. ad *Sedul. p.* 214. Ad phraſin σωσαι την ἑαυτου ψυχην, & ἀπολεσαι αυτην egregie facit, quod habes in veteri Epigrammate apud Demoſthenem *pro Corona*. Publicis ibi laudibus celebrantur, qui fortiter pugnantes in praelio occubuerant. Ita ſe habet:

Μαρναμενοι δ' αρετης και δειματος ουκ εσαωσαν
Ψυχας, αλλ' αϊδιην κοινον εθεντο βραβην.

Pro δειματος egregie ληματος ſubſtituit Cl. Valcken.

ken. *Anim. ad Ammon. pag.* 142., quod eodem modo ac Ammonius a λημμα distinguit Etym. MSS. Traj. ita habens Λημα και λημμα διαφερει· λημα μεν δι ἑνος μ το παρασημα της τυχης, ἤ ανδρια (unde etiam liquet, legendum ψυχης) λημμα δε δια δυο μ το λαμβανομενον, κερδος. Sed hoc εν παροδῳ. Απωλεια της ψυχης habes etiam in *Gloss. Nom.* v. Πουβλικον. Ad sensum quod spectat, conf. *C.* XVII. 33. & Origen. *Opp. T.* III. *pag.* 975. *Martyres quaerunt servare animam suam: propterea perdunt, ut salvent eam. Qui vero volunt salvare animam suam, ut non perdant eam, hi & corpus & animam perdunt pariter in gehennam.* Ad id, quod sequitur, τι γαρ ωφελειται *cet.*, vide praeter Pricaeum *Obs. Misc. Vol.* IV. *pag.* 119. & confer Aristoph. *Plut.* ỳ. 531. και τοι τι πλεον πλουτειν εξιν παντων τουτων απορουντας, atque ibi Cl. Kuster. Ceterum insignis est locus Ignatii, qui huc omnino pertinet, in *Epist. ad Rom.* §. 6. ουδεν με ωφελησει *cet.* μαλλον μοι αποθανειν εις τον Χριστον, ἤ βασιλευειν των περατων της γης. Τι γαρ ωφελειται κ. λ. Lege sis totum locum, qui longior est, quam ut hic describam.

Ib.

lb. Com. 26.

Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται ——— καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

Verbum ἐπαισχύνεσθαι est ex rarioribus. Construunt Graeci, ut solent talia, cum dandi casu. Herodot. *L.* IX. *C.* 85. ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεχοῖ (vel ἀπεχνῖ) τῆς μαχης; hanc enim veram esse auctoris manum, contra Gronovium legentem ἀπαισχυνομενους docuerunt egregii Viri Wesselingius, Valckenarius, & Abreschius. Apostolus cum praepos. επι, ut *Rom.* VI. 21. Τινα ουν καρπον ειχετε τοτε, εφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε. passim tamen, ut hic, cum accus. quando praegnantem habet significationem, de qua vidimus ad *C.* III. 18. Notat ita scilicet, *pudore suffusum aliquid aversari & respuere*, una voce dixeris *repudiare*, quod & a τῷ *pudere* dictum. Inspice loca, & mox agnosces. Hic itaque: *qui mei meorumque sermonum pudore ductus me, sermonesque meos, adspernatus fuerit, rejeceritque*; vel brevius, *qui me meosque sermones repudiaverit.* Ad rem Origenes *lib. de Oratione Opp. T.* I. *pag.* 258. πολλοι δε και δια το φευγειν την αδοξιαν, επαισχυνομενοι (Editio Oxoniensis hic quoque male habet απαισχυνομενοι) το Χριστ ευ-

γε-

γενως ονομα φερειν, εις αισχυνην αιωνιον καταπεπτωκασιν. Ad ultima illa και των αγιων αγγελων, observa, Arabem, Persam, & Syrum legisse και μετα των αγιων αγγελων, ut habes apud Marcum *C.* VIII, 38. Atque ita Lucam scripsisse contendit Combefisius in Notis ad *Hippolytum de Antichr. Cap.* 44. ut monuit Bengelius *Appar. Crit. pag.* 530. Cujus vero haec est epicrisis. „ Sed haec lectio ex *Marc.* VIII. 38. huc est „ traducta.„ Nescio equidem. Vulgatae potest aliquis sensus aptari; minus tamen commodus; unde, si major adcesserit auctoritas, μετα lubens recipiam.

Ib. Com. 27.

Οὐ μὴ γεύσονται θανάτου.

Differunt γευειν, & γευεσθαι, atque illud discrimen constanter observant Graeci: vid. Cl. Valcken. ad Herodot. VII. 46. Disputant eruditi Viri, an phrasis γευεσθαι θανατου pro *mortem obire* sit Hebraismus nec ne, ut videre est apud Pfochen. Vorst. & Gatack. Casaubonus ad *Matth.* XVI. 28. notavit, etsi dura videri possit translatio, usitatam tamen etiam esse disertioribus; γευεσθαι φονου pro *patrare caedem* alibi posuisse Polybium. Dicunt & Graeci, quod propius adcedit, γευεσθαι μοχθων, κινδυνων, κακων, ut docuerunt Viri docti modo laudati, quibus adde Canter. & Potter. ad *Lycophr.* v. 382. Γευεσθαι θανατου tamen nullibi, quantum quidem

novi, occurrit. Ceterum pro γευσονται plures Codd., inter quos & Guelpherbyt. A., habent γευσωνται. Eadem varietas *C.* X. 19. ubi pro ϰ μη αδικησει plures ſcripti libri habent ϰ μη αδικησῃ. Atque in his librarii paſſim ita variant, ut ab ipſis ſcriptoribus quid fluxerit, in difficili ſit cognoſcere, quemadmodum monuit Cl. Editor *Pluti ad* ν. 623. Bengelius, Wetſten. aliique plures hic, ut & altero illo loco, ſubjunctivum praeferunt: & certe ita paſſim conſtruitur. Verum hujusmodi voculae non raro etiam cum indicativo veniunt, ut egregie docuit Cl. Valcken. ad *Eurip. Phoeniſſ. pag.* 34, 35. Apud S. Script. plura talia: ita 1 *Joh.* V. 15. εαν cum indic., εαν οιδαμεν. *Apoc.* XXII. 14. ἱνα εσαι &c. Nulla itaque mutatione opus.

Ib. Com. 28.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ —— ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος.

Εγενετο —— ωσει ημεραι οκτω. Solus Guelpherbytanus A. habet εγενοντο, atque ſic Lucas ſcribere debuiſſe videtur. Verum ἡμέραι hic abſolute poſitum, ut ſaepius fit in communi L. Graeca. Ανεβη εις το ορος. Montem hunc Tabor fuiſſe, antiquiſſima eſt & recepta eccleſiae Chriſtianae ſententia, a qua non temere recedendum. Sunt qui hanc ſententiam & inde firmant, quod Lucas non ſcripſerit εις ορος, ſed

εις

εἰς το ὄρος: verum dubito admodum, an haec obſervatio ſit ſolida. Matth. & Marcus in eadem hiſtoria habent εἰς ὄρος ὑψηλόν. Graeci ſaepe quidem articulum praepoſitivum adhibent, quemadmodum Hebraei ſuum ה, ad notandum certum quoddam individuum, quod mentis cogitatione quidem concipitur, verbis tamen non exprimitur: conf. Cl. Vitring. *Obſ. L.* V. *C.* 2. §. 4.; verum hoc non eſt perpetuum. Nonnunquam etiam indicat individuum vagum, ut idem ſit ac τις: vid. L. Bos ad *Matth.* XXVIII. 19. Albert. *Obſ. p.* 164. *Obſ. Miſc. Vol.* III. *pag.* 149. & *Vol.* V *pag.* 227. Conf. quoque hic *C.* X. 6. & ibi Raphel. Ceterum, dantur Viri magni, qui de alio monte hic cogitant, inter quos etiam eſt Cl. Weſſeling. quem vide ad *Itiner. Hieroſolym. pag.* 596.

Ib. COM. 31.

Ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ.

Plerique Interpretes την εξοδον Chriſti hic intelligunt de ejus *morte*. Favet vocis uſus; ſaepe enim de *morte* adhibetur, quemadmodum & ſic Latini dicunt *exire*, *exitus*, item *exceſſus*. Vid. Wolf. Elsner. Wetſten. & Arntzen. ad *Sedul. p.* 222. Lactant. *de mortibus Perſec. C.* 50. *Et illa, exitu ejus audito, protinus fugit.* Alii tamen aliter interpretantur. Hammondus &

Clericus de expeditione, quam Dominus contra Hierosolymas susceperturus esset. H. Witsius *Melet. Leid. Diss.* IV. §. 19. de exitu ejus ex Hierosolymis, addens tamen mortem, ejus consequens. Kypke de omnibus fatis, quae Servator & εν Ἱεροσολυμοις & extra urbem, in ejus vicinia tamen, subiturus erat. Heumannus, conferre jubens *Joh.* XIII. 1. de exitu Christi ex hoc mundo atque introitu in coelestem gloriam. Atque, de hoc exitu inprimis hic cogitandum esse, pluribus docuit Cl. Barkey *Misc. Gron. T.* II. *Fasc.* 1. cui haud ita pridem accessit pl. ven. Hofstede in erudito opere, quod lingua patria edidit, *P.* II. *p.* 82, 83. Atque mihi quoque haec sententia prae ceteris sua probabilitate commendat. Ceterum εν in εν Ιερουσαλημ ea potestate capiendum, qua saepius propinquitatem situs denotat. Sic frequenter εν Διονυσῳ, εν Ασκληπιῳ, εν Αρτεμιδος, pro *circa templum Bacchi*, &c. Vid. Cl. Ruhnken. in doctissima nota, quam nuper cum orbe erudito communicavit *Auctario ad Hesych.* v. Διονύσια. Lucianus ita quoque *Dial. mort. C.* 1. εὑροις δ' αν αυτον εν Κορινθῳ κατα το Κρανειον, ubi summus Hemsterhus. Intellige sic & Eutrop. *Breviar. L.* IV. *C.* 3. *in Achaja*, quod est, in vicinia Achajae, ad Thermopylas scilicet; quanquam aliter quoque explicari posse, non nesciam.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 32.

Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ.

Diſcipuli non fuerunt βεβαρημενοι ὑπνῳ, cum Dominus glorificaretur, Moyſesque & Elias cum eo colloquerentur; ſed ante: hinc mox ſequitur, διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ. Conf. doctiſſ. Hofſtede *l. c. pag.* 86. ſeqq. Βεβαρημενοι ὑπνῳ, cum Ovidio bene dixeris, *graves ſomno*; vid. *Epiſt.* XIV. 33. *Metamorph.* I. 224. vel, ſi malis, *preſſi gravitate ſoporis*, ut idem *L.* XV. 21. βεβαρημενοι, ut vel pueri norunt, eſt a βαρεω. Hoc maxime in uſu in communi dialecto; Attici autem amant βαρυνω. Hi potius ſcripſiſſent βεβαρηκοτες, quamvis βεβαρημενοι non penitus reſpuant. Vid. Gatack. ad *Antonin. L.* VIII. §. 36, 44. & Viri docti ad *Thom. M. pag.* 141, 142.

Ib. Com. 33.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν ——

Verbum εἶπεν praecedit, & nominativus ὁ Πέτρος ſequitur, ſecundum dicta ad *C.* II. 15. Aliter tamen Noſter *C.* XVIII. 35. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἰεριχώ, τυφλός τις ἐκαθητο *cet.* unde forte quis inferat, noſtram non ſemper procedere obſervationem. Verum ex locis ibi productis conſtat certe, ita ut dixi, ſcribere ſolere S. Scriptores. Neque etiam Lucae ratio non fuit, cur dicto loco ab illa conſuetudine diſcederet. In nonnullis nimirum locis ante prolatis auris Graeca non ferret nominativum ante verbum poſitum, ut *Marc.* I. 9. & *Luc.* II. 1. In plurimis verba illa, quae alias per καὶ cum τῷ, ἐγένετο, arctius junguntur, jam non adeo cum τῷ, ἐγένετο, cohaerent, quam quidem cum proxime praecedentibus, ad quae paſſim tanquam eorum conſequens referuntur. Ita *C.* II. 15. id, quod paſtores, alii ad alios, dicerent Διελθωμεν κ. λ., erat ſequela diſceſſus Angelorum: ſic & in ceteris locis, quae, ne longior ſim, non perſequor. Ita & hoc loco; quod Petrus diceret

κα-

καλον &c. inde erat, quod Moyſes & Elias a Chriſto abirent. Verum aliter ſe res habet C. XVIII. 35. nam, quod coecus aliquis ſederet παρα την ὁδον ſtipem rogans, id nullum omnino nexum habebat cum eo, quod Dominus Hierichunti adpropinquaret: jam ante ibi ſederat mendicans. Ceterum, quid dicebat hic Petrus? Επισατα, καλον εϛιν ἡμας ὡδε ειναι· και ποιησωμεν *cet.* Verba haec plerique Interpretes non bene percéperunt. Καλον εϛιν ſignificat pulcrum, opportunum eſt. Ita ſaepe εν καλῳ εϛιν &c. Per ἡμας intelligit tantum ſe, ſuosque ſocios, Jacobum & Joannem, ut conſtat ex eo, quod ſequitur: και ποιησωμεν cet. In eo jam erant Moyſes & Elias, ut a Domino *diſcederent* coelum repetituri. Hoc videbat Petrus. Dicit itaque Domino: opportunum eſt, nos hic eſſe; nam, cum hic tibi, Moyſi & Eliae, ſat commodus commorandi locus non ſit, faciemus nos tria tabernacula &c. Verum ita inſit μὴ εἰδὼς, ὃ λέγει. Graeci hac loquendi formula utuntur, cum quis ita rebus, quae oculos feriunt, atque earum novitate, eſt perculſus, ac perturbatus, ut prae ſtupore, velut homo mente captus, talia loquatur, quae ad praeſens negotium nihil quidquam faciunt.

Ib. Com. 35.

Αὐτοῦ ἀκούετε.

En gloriam Domini prae Moyſe & Elia! Omnis enim emphaſis eſt in voce αὐτε, cui nempe Moyſes & Elias opponuntur. Egregia ſunt, quae habet Clem. Alexandr. *Opp. T.* I. *p.* 86, 87. ed. Pott. Non poſſum, quin illa hic adſcribam. Διο μοι δοκει, επει αυτος ἡκεν ὡς ἡμας μρανοθεν ὁ Λογος, ἡμας επ᾽ ανθρωπινην ιεναι μη χρηναι διδασκαλιαν ετι, Αθηνας, και την αλλην Ἑλλαδα, προς δε και Ιωνιαν, πολυπραγμονεντας. Εις γαρ ἡμιν ὁ διδασκαλος, ὁ πληρωσας τα παντα δυναμεσιν ἁγιαις, δημιεργια, σωτηρια, ευεργεσια, νομοθεσια, προφητεια; διδασκαλια, παντα νυν ὁ διδασκαλος κατηχει, και το πᾶν ἤδη Αθηναι, και Ἑλλας γεγονεν τῳ Λογῳ.

Ib. Com. 39.

Πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν.

Ita Graeci dicunt λαμβανεσθαι ὑπο των δαιμονιων, ὑπο θεε, ὑπο νυμφης, unde una voce θεοληπτος, νυμφοληπτος, λαμβανεσθαι ὑπο τε Διονυσε &c. Item λαμβανεσθαι τῳ θεῳ, & ſic porro. Lucian. *Nigrin. C.* 37. ὁποσοι αυτων τη Ρεᾳ λαμβανονται, ubi Hemſterhuſ., collata Praef. *pag.* 32. qua Vir magnus priorem ſententiam

tiam emendat. Non dissimiliter Aelian. *V. H. L.* III. *C.* 9. ἐκ τε ἑτέρᾳ τῶν θεῶν κατειλημμένοι, & ἐξ ἑνὸς περιειλημμένοι δαίμονος.

Ib. COM. 41.

Ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν;

Phrasis ἕως ποτε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς non tantum notat, *quamdiu ero apud vos?* sed &, *quamdiu vobis consulam, quamdiu meis vos sermonibus instruam, & docebo?* Ita dicunt Graeci εἶναι πρὸς Ἀθηναίους &c. Ἀνέχεσθαι apud Herodotum eo, quo hic, sensu plus semel; sed cum accusandi casu. Sic *L.* I. *C.* 169. ὅτοι μὲν γὰρ Ἰώνων μένοι, τὴν δουλοσύνην οὐκ ἀνέχομενοι. Add. *L.* VII. *C.* 87. Ita & apud Thucyd. *L.* II. *C.* 49. Aelian. *V. H. L.* I. *C.* 15. Aristophanem, aliosque plures. Atque sic Attici solent. Lucianus, qui & passim quartum casum addit, semel cum secundo. Ceterum huic verbo frequenter participium adjungunt Graeci. Vid. Cl. Valcken. ad *Eurip. Phoeniss.* ϛ. 550. & ad *Herodot. L.* V. *C.* 19.

Ib. Com. 42.

Ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον.

Cl. Olearius, inſtituta collatione cum Marco, interpretatur, *fecit illum clamare daemonium.* Dicunt nempe Graeci ῥηξαι φωνην, ut Latini *rumpere vocem.* Verum an ideo quoque bene dicitur ῥηξαι τινα pro *facere aliquem clamare?* Non puto. Multum haec certe differunt. Vulgatus ῥησσει αυτον apud Marcum optime vertit, *allidit illum*, & hic ερρηξεν αυτον, *alliſit eum*, quomodo pro *eliſit* legendum eſſe, bene monuit Pricaeus. Frequenter hoc ſenſu venit verbum ῥησσειν, ut pluribus docuerunt Viri docti. Vid. hic Wolf. & Wetſten. l. c., quibus adde eruditiſſ. M. R. van Goens Animadv. ad *Porphyr. de antro Nymph. pag.* 95. In *lucta*, ut ib. poſt Caſaubonum, Salmaſium, aliosque obſervatum, paſſim teritur. Fefellit tamen hic uſus nonnunquam Viros doctos. Ita in loco Chryſoſtomi, επιχειρησαντας και ραγεντας, καθαπερ εν τοις Ολυμπιακοις αγωσι, male ab Ill. Spanhem. ad *Julian. Orat. pag.* 262. datum, *id aggreſſos & cum impetu quidem*, cum notet, *id aggreſſos, ſoloque adflictos & proſtratos, quemadmodum in Olympicis fieri ſolet certaminibus.* Huc pertinet quoque, quod plus ſemel habes apud Artemidorum, ῥηξαι αντιπαλον, *adverſarium fracto ejus ſtatu in terram dejicere.* Heſych. & hinc ῥηξαι interpretatur καταβαλειν, & ῥηξε, κατεβαλεν, ubi vid.

vid. Cl. Alb. Καταβαλλειν ſcilicet in lucta etiam frequens, ut docuit Spanhem. l. c. Inde jam vulgi uſu generatim *ſolo adlidere*. Ita, εδει την σφαιραν ευτονως προς το εδαφος ρηξαντα κ. λ. Pollux *L.* IX. *Segm.* 105. & Arrian. in *Epictet.* ρηξαι δηναριον. Neque aliter intelligendus locus Matthaei *C.* VII. 6. και στραφεντες ρηξωσιν ὑμας, *& converſi ad terram vos adfligant.*

Ib. COM. 45. 46.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο —— Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

Ad priora illa, οἱ δε ηγνοουν το ρημα τουτο &c. lectu digna Photii Epiſtola LXXVI. Quod adtinet ad ſequentia, Εισηλθε δε διαλογισμος εν αυτοις, recte Cl. de Dieu, Pricaeus, aliique contra Bezam, quem & Grotius ac Belgae ſecuti, notarunt, hic non intelligi *collocutionem* & *diſceptationem* inter diſcipulos; ſed *cogitationem cordis*, διαλογισμον της καρδιας, ut diſertis verbis Com. ſeq. dicitur. Graecis ſcilicet, quaecumque mentem ſubit cogitatio, dicitur επιεναι, επελθειν, εισιεναι, εισελθειν, ὑπελθειν, ut pluribus docuit Cl. Valcken. ad *Eurip. Phoeniſſ. pag.* 464. Conf. & Kypke ad h. l. Μειζων hic, ut ſaepe, compar. pro ſuperlat. poſito; vid. praeter Pricaeum, Cl. Daviſ. ad *Maxim. Tyr. pag.* 503. & ὁ Παυ ad *Diod. Sic. L.* XIII. *C.* 30.

Ib.

Ib. Com. 48.

Τοῦτο τὸ παιδίον —— ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας.

Pro τουτο το παιδιον *hunc puerulum* Beza malebat τουτο το παιδιον. Favent Syrus & Arabs. Ita & *Matth.* XVIII. 5. & *Marc.* IX. 37. Vulgatae autem adſtipulantur Perſa, Aethiops & Vulg. Τουτο habent quoque omnes, quos novimus, Codices, uno tantum excepto. Ita & plures Patres, Graeci ac Latini, inter quos & Origen. *Opp. T.* III. *pag.* 597. Senſus quoque eodem redit. Nihil ergo mutandum. Ultima ὁ γαρ μικροτερος &c. apud Matthaeum l. c. Com. 4. ita expreſſa: ὁστις ουν ταπεινωσῃ ἑαυτον ὡς το παιδιον τουτο, ουτος ἐστιν ὁ μειζων εν τῃ βασιλειᾳ των ουρανων; apud Marcum Com. 35. hoc modo: ει τις θελει πρωτος εἰναι, ἐσται παντων ἐσχατος, και παντων διακονος: ubi ἐσται interpretandum *eſto*, *ſit*, non *erit*, ut noſtro loco; niſi cum Beza malueris ἐστι, quod habent nonnullii Codd., & Verſiones quaedam quoque expreſſerunt: quanquam cum Grotio aliisque ἐσται praeferam. Utinam vero hoc Domini dictum omnibus, qui ejus nomen profitentur, & maxime quidem Euangelii adminiſtris ſemper haereret, ab iisque vita & exemplo exprimeretur!

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 50.

"Ος γὰρ οὐκ ἐστὶ καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστί.

Nonnulli Codices habent καθ' ὑμῶν, & ὑπὲρ ὑμῶν, quod & pleraeque Verſiones exprimunt. Non raro haec confunduntur. Sic v. g. apud Orig. lib. *de Orat. pag.* 223. bis ἡμῶν, ἡμιν, ἡμας pro ὑμων, ὑμιν, ὑμας. Apud Marcum *C.* IX. 40. ὑμων quoque plurimi ſcripti libri, & praeſtantiſſimae editiones Millii, Bengelii, aliorumque. Quamvis autem res eodem pene redeat, placet tamen illud ὑμων. Dixerat Joannes Com. praec. ειδομεν τινα &c. και εκωλυσαμεν αυτον, ὁτι ὐκ ακολυθει μεθ' ἡμων, i. e. *quia nos non ſequitur;* ita enim ακολυθειν μετα τινος uſurpant Graeci. Vid. ad *Phrynichum* hanc locutionem inmerito damnantem *p.* 155. Pricaeum, L. Bos, Wetſten., Kypke, Abreſch in *Adnot.* & Duker. ad *Thucyd. L.* VII. *C.* 57. Plautus ita etiam alibi *ſequi cum aliquo.* Reſpondet Dominus: μη κωλυετε· ὁς γαρ ὐκ εϛι καθ' ὑμων, ὑπερ ὑμων ϛιν. Non vides, hoc jam ſeriei aptius, quam καθ' ἡμιν, & ὑπερ ἡμων? Non erat, cur illum hominem prohiberent, quod ipſos non ſequeretur; non enim erat adverſus ipſos, ſed pro ipſis: idem faciebat quod ipſi; daemonia in nomine Chriſti ejiciebat, atque ita, quantum in ipſo erat, ejus gloriam & regnum promovebat.

Ib.

Ib. Com. 54.

Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

Ita Joannes & Jacobus, a Domino dicti βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς, *Marc.* III. 17. Fortaſſe ex eo, quod hic refert Lucas, hoc nomen ipſis adhaeſit. Adeo ira in Samaritanos ardebat ipſis animus, ut nihil magis exoptarent, quam ut gravi tonitru exorto, infeſto igne perirent miſeri. Πῦρ ſaepius de *fulmine*. Κεραύνιον πῦρ variis locis Euripides. Vide Cl. Valcken. ad *Phoeniſſ. p.* 60. ubi plura. Anthologia Gr. *L.* I. *p.* 45. ὦ πυρὶ δαιμονίῳ τλημον ὀφειλομενε. Tragici & *fulmen* ſimpliciter dicunt φλογα. Hebraei ſimiliter אש. Vid. Cl. Schult. ad *Job. p.* 142. conf. & *Job* XX. 26. ac *Thren.* I. 13. Latinis perinde *ignis* venit. Vid. Horat. *Carm.* I. 34. Ovid. *Triſt.* I. 1. Seneca *Thyeſte*, 1084, 1085. Καταβαινειν & verbum huic rei proprium: ut docet Cl. Burm. in ζευς καταιβατης *C.* V. coll. *C.* IV. *pag.* 245, 246. Adde Meurſ. & Potter. ad *Lycophr.* ℣. 382.

CA-

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM.

COM. I.

Ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο.

Antiquitas credidit, non ſeptuaginta; ſed ſeptuaginta duos a Domino conſtitutos eſſe diſcipulos. Atque ita hic Vulgatus. Nihil tamen mutandum cenſeo, cum plerique omnes melioris notae Codices habent ἑβδομήκοντα, quibus adcedit Syrus. Et potuerunt tamen LXXII. a Servatore eſſe deſignati, ſic ut numerus rotundus LXX. poſitus ſit pro LXXII., ut ſaepius: verum de eo ampliandum. Conf. hic Beza, Grot., Druſ., Mill., & Cl. Weſſeling. *Diſſ. de Euangeliis non emendatis p.* 129. Ad rem quod adtinet, de ea ex profeſſo egit Cl. Heumannus, cui tamen in omnibus non adſentior. Numerus hic par numero Senatorum, ex quibus Synedrium Judaicum erat conpoſitum; conſtabat enim illud ex LXXII. Viris, ut multi ſaltem cenſent; vel potius ex LXX., quibus ſi addas conſeſſus principem, habes LXXI.: id quod multis probatum dedit Vir ſtupendae eruditionis J. Seldenus *de Synedr. Hebr. L.* II. *C.* 4. Atque hinc cum Cl. Moshemio in *Comm. de rebus Chriſtian. ante Conſt. M. p.* 71. collegerim, Dominum per illum diſcipulorum numerum genti Judaicae

daicae inculcare & ſpectabili quodam ſigno aperire voluiſſe, omnem de re divina conſtituendi, ac decernendi facultatem in ſe uno poſitam, priſtinamque Pontificis, ſupremique Senatus auctoritatem plane abrogatam eſſe. Favet vox ανεδειξεν, qua S. Scriptor hic egregie uſus: nequa enim τὸ, απεδειξεν Cod. Cantabrigienſis indigemus. Αναδειξαι proprie ſignificat *in ſublime elatum quid oſtendere.* Ita dicitur αναδειξαι γεαφην &c. deinde aliquem *publice demonſtrare*, puta regem, conſulem, & ſic porro. Latini id dicunt *renunciare*, ut docuit J. F. Gronovius Vir ſummus ad *Liv. L.* V. *C.* 18. Et, quia id non fiebat, niſi perſona ad hanc vel illam dignitatem munusve electa in medium prolata, iisque ornata inſignibus, quae mos ferebat, hinc & eo tranſlatum. Unde apud Polybium habes την τε διαδηματος αναδειξιν. Vide ſis, quae notarunt praeſtantiſſimi Viri, Er. Schmid., Raphel., Elsner., & Wetſten. ad *C.* I. 80. Adde & Cl. Kypke ad h. l. cui tamen non conſentio, volenti, αναδειξαι idem eſſe, quod εκλεγεσθαι, adeoque hic optime verti: *elegit Dominus etiam alios ſeptuaginta.* Electionem nequaquam excludo; refertur certe id, quod hic habemus, per το και ad electionem Apoſtolorum, de qua *Cap.* VI. 13. plus tamen dicit, ut ex praecedd. conſtat. Et, ſi adtenderis, ſat magnum quoque diſcrimen mox obſervabis, inter electionem XII. Apoſtolorum & αναδειξιν horum LXX. diſcipulorum: illa quidem, ut ex Marco *C.* III. 13. & ſeqq. liquet, clam omnibus facta eſt in monte, in quem eo tempore ad-

adſcenderat Dominus; haec vero ſcientibus & inſpectantibus cunctis, qui ipſum ſequebantur. Ceterum eximie hac voce quoque uſus Noſter *Act.* I. 24. Συ Κυριε καρδιογνωςα παντων, ανα-δειξον εκ τυτων των δυο ενα, ὁν εξελεξω. Duos ſtatuebant. Orant Dominum, ut publice declaret, uter ſit, quem elegit; atque, hoc facto, jaciunt ſortes. In *ſorte* apud Graecos & hoc verbum adhibetur: quo de forte alias. Confirmat inſignis hic locus, quod dixi. Pro eo, quod ſequitur, ανα δυο, nonnulli Codd. habent ανα δυο δυο. Millius ex *Marc.* VI. 7. deſumtum putat. Nihil certe illa repetitione opus: quanquam nonnihil elegantiae habeat: Conf. Valeſ. ad Euſeb. *H. E.* I. 10.

Ib. COM. 2.

Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· ——— ὅπως ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

In utraque lingua εργον, *opus*, εργαζεσθαι, *opus facere*, itemque ἐργατης &c. frequentiſſima in *opere ruſtico*. Res nota. Ut chartae parcam, vide Wetſten. ad *Matth.* IX. 38. Vulcan. ad *Callim. H.* in *Dian.* ϒ. 125. Meurſ. ad *Lycophr.* ϒ. 816. Graev. *Lect. Heſ. C.* X. *pag.* 50. Abreſch *Obſ. Miſc. Vol.* VII. *p.* 294. Arntzen. ad *Sedul.* [illegible] 59. Venem. *Diſſ. Sel. pag.* 371, 372.: denique L. Bos *Obſ. Crit. C.* VI. *pag.*

32. seqq. ubi videbis, quam eleganter ecclesia cum arvo, Deus cum domino fundi, ministri Euangelii cum operariis servis, quorum opera herus utitur in agro colendo, serendo, metendo &c., conparentur. De verbo εκβαλλειν varia notant Viri docti. Sunt, qui eo violentiam aliquam innui, atque adeo difficultatem muneris pastoralis subindicari censent: alii ad copiam operariorum spectare arbitrantur. Neuter, ut puto, recte. Εκβαλλειν est *ejicere;* sed, quemadmodum verba minus violentae significationis saepe de vi adhibentur, ita & ex adverso; atque sic εκβαλλειν quoque saepe simpliciter pro εκπεμπειν. Vid. Cl. Abresch *Dilucid. Thucyd. pag.* 424. & *Auctar. pag.* 365. Ita hic jam capiendum. Si tamen plus indicare censueris, non male cum Wetsten. aliisque dixeris, simul *festinationem* innui. Magnum nempe opus paucas intra hebdomadas erat perficiendum.

Ib. Com. 7.

Ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν.

Τα παρ' αυτων certe idem, ac quod Com. seq., τα παρατιθεμενα ὑμιν, quomodo saepe verbum παραθειναι adhibent Graeci, ut Latini suum *adponere:* quo de vide praeter Raphel. aliosque eruditiss. Arntzen. ad *Sedul. pag.* 29. Non male hic conferas, quod habes apud Ael. *V. H.* II. 13. ἃ παρα τε Ανυτε και Μελιτε ὡμολογηται, *quae ab Anyto & Melito profecta esse, in con-*

confeſſo eſt: ubi vid. Cl. Periz. & Gron. Adde & *Marc.* I. 26. ubi δαπανησασα τα παρ' ἑαυτης παντα. Notandum vero τα παρ' αυτων non tantum ſignificare, *cibos ab ipſis adpoſitos;* ſed & *cibos, quibus illi homines uti ſolent:* quemadmodum ſic οἱ παρα τινος non ſolum ſunt, qui ab aliquo veniunt, ſed & qui ad alicujus genus & familiam pertinent. Ita Macentes apud Lucian. *Toxar. C.* 51. Παρ' ἡμων γαρ ησαν την Μαξειραν ἠγαγετο: *noſtri enim generis Maſtiram duxit.* Και νυν (ita pergit) σοι ἡκω παρα των Μαξειρας αδελφων κ. λ. Eleganter per figuram ex ancipiti!

Ib. COM. 11.

Ἀπομασσόμεθα ὑμῖν.

Habes ſupra *C.* IX. 5. κονιορτον απο των ποδων ὑμων αποτιναξατε. *Act.* XVIII. 6. legimus de excuſſione pulveris a veſtibus. Noſtrum magis generatim accipiendum. Quorſum hic ritus ſpectaverit, non eſt, quod multis doceamus. Eo ſcilicet palam declararent diſcipuli, ſe eorum hominum terram, quin & illos ipſos pro impuris habere, nihilque ſibi cum illis eſſe commercii: id quod ab aliis jam obſervatum. Ceterum απομασσεσθαι hoc ſenſu improbat Thomas v. Ομορξασθαι. Dixerunt hoc Graeci αποματτειν, ut ibi recte monet Cl. Oudendorp. non αποματτεσθαι. Ματτειν, αποματτειν, εκματτειν, proprie eſt *fricare, fricando tergere, abſtergere, extergere.* Nativa verbi virtus egregie

ſeſe exſerit in loco Pherecratis apud Athenaeum τῷ ὀφθαλμῷ περιματτομεν γε τητῷ των παιδιων, ut legendum docuit Caſaub. *Animadv. L.* III. *Cap.* 5. *oculos tenerorum puerorum illa fricamus.* Hinc noſtrum αποματτειν eleganter adhibuerunt in *menſura*, pro *hoſtorio cumulum diruere, & abſtergere quaſi quod ſupereſt;* item in *luſtrationibus:* ut docuit idem Vir ſummus ad *Theophr. Char. p. m.* 295, 296. & *p.* 358. 359. Inde porro multa cum luce & gratia tranſlatum ad notandum αποτυπειν, quomodo interpretatur Suidas. Hinc εναπομαζεται Heſych. exponit εναποτυπεται Suidas item εναποματτομενοι, εντυπεμενοι, ut recte legendum monuit Cl. Alberti. Unde jam εκμαγμα & εκμαγειον, quo de vid. ὁ Πωλυ ad *Polluc. T.* II. *p.* 1116. & conf. Cl. Oudendorp. l. c. Dicunt id alias Ομορξασθαι, απομορξασθαι, εξομορξασθαι, ut ib. vides, & in Not. Cl. Ruhnken. ad *Timaei Lex. pag.* 83. Verum alio flexu απομασσεσθαι notat *veſci*, ut in proverbio: Αχιλλειων απομασσεται. Idem μασσασθαι. A *tangendo* volunt. Latini *tergere* nonnunquam pro *tangere* dicunt. Et ἅπτεσθαι tritum in cibo ſumendo, ut docuit Gatack. *de ſtilo N. T. C.* 40. Malim tamen a *tergendo*, *abſtergendo.* Conferre operae pretium Hebr. verbum חתם, quod noſtrum eximie illuſtrat, viciſſimque jucundam ab eo lucem mutuatur. Origo etiam eſt in τῷ *fricare*, *fricando tergere*, ut patet ex collatione rad. Arab. per *thſe* exaratae. Inde eodem modo tranſiit ad *ſimulacrum*, ſeu *ſignum expreſſum fricando & tergendo* rem mollem; notatque *ſigillo inpreſſo exprimere.* Apud

Arab.

Arab. autem hoc verbum per *Hha* exaratum in *quinta* exponitur, *reliquias cibi in menſa ſuperſtites comedit.* Viden' *abſtergere menſam?* Verum e diverticulo in viam. Pergamus.

Ib. COM. 13.

Χοραζὶν ——— αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν κ. λ.

Ita & Matth. *C.* XI. 21. Origenes *Opp. T.* II. *p.* 219. voce in duas diviſa, habet χωρα ζιν. Sic & alibi. Nonnulli hoc praeferunt. Vide Wolf. ad locum Matth., & adde Viris doctis ab eo laudatis Cl. Chishull *Antiq. Aſiat. p.* 130. Male, ut puto. De duabus hic urbibus aeque cogitandum ac mox. Plura hic notarunt Wolf. & Cl. Reland. *Palaeſt. S. T.* II. *p.* 722. Pro αἱ δυναμεις αἱ γενομεναι εν ὑμιν doctiſſ. Pater l. c. habet τα σημεια τα γενομενα εν ὑμιν; ſed haec ex interpretamento ſunt. Ad ſeqq. παλαι αν ἐνεταχ-χῳ *cet.* vid. praeter Albert. Wetſt. & Kypke ad h. l., etiam Cl. de Rhoer *Fer. Daventr. p,* 89. & adde Joſeph. *B. J. L.* II. *C.* 12. §. 5. & *C.* 15. §. 4.

Ib. Com. 18.

Ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

Saepenumero in interpretatione S. S., maximeque sermonum Domini, peccant Interpretes etiam praestantissimi, quod scilicet ad proverbiales dictiones, quibus usus fuit, minus adtendant. Vin' exempla? En, tuis oculis tantum subjiciam, quae hoc ipso Capite usque ad hoc Comma habemus. Proverbiale aliquid inest illi Domini dicto Com. 2. ὁ μεν θερισμος πολυς, οἱ δε εργαται ολιγοι. Proverbialis omnino est sententia, quae sequitur Com. 3. εγω αποστελλω ὑμας ὡς αρνας εν μεσῳ λυκων. Conf. ὁ Πανυ ad Herodot. *L.* IV. *Cap.* 149. Referendum huc quoque Com. 4. μηδενα κατα την ὁδον ασπασησθε. Salutationes veterum nempe erant pomposae; vultitaque Servator: nihil omnino facite in via, quod vos vel tantillum a mandatis meis exsequendis abstrahat. Pertinet & huc illud Comm. 6. επαναπαυσεται επ' αυτον ἡ ειρηνη ὑμων, ει δε μηγε, εφ' ὑμας ανακαμψει, i. e. nullum emolumentum ipsi adferet pax a vobis exoptata. Adagii formam nemo non agnoscit Com. 7. ἀξιος ὁ εργατης τε μισθε αὐτε. Proverbii quoque speciem induit istud Com. 13. ει εν Τύρῳ *cet.* Belli enimvero homines, qui ex talibus *scientiam mediam*, monstrum illud, conflant! Ejusdem commа-

matis est, quod dicit Christus Com. 15. Και συ Καπερναυμ ἡ ἑως τυ ὐρανυ ὑψωθεισα ἑως ἀδυ καταβιβασθησῃ: de quo omnino consulendus Cl. Wesseling. ad Herodot. *L.* III. *C.* 30. Pervenimus sic ad nostrum locum. Atque hic iterum proverbialis locutio sacris non tantum Scriptoribus usurpata, sed & profanis. Vid. S. Empiric. *p.* 718. ubi ita: ὁ δε ακροτατος και ει τα μαλισα ταρακτικωτατος, αλλα τοιγε προς ακαρες, ασραπης τροπον δειματωσας, ἡ αναιρει, ἡ αναιρειται. *Qui autem est summus (dolor) etiamsi maxime perturbat, tamen, cum momento temporis instar fulguris terruerit, aut tollit, aut tollitur:* conf. ibi Cl. J. A. Fabricius. *Velocitatem* lapsus illa phrasi hic indicari, bene notarunt Interpretes. Facit huc locus laudatus. Adde alium, Appiani nempe, a Cl. de Rhoer, ut video, jam notatum *Fer. Dav. p.* 90. Indicat ita his verbis Servator, Satanam quam celerrime, puncto temporis quasi, omni illa potestate, qua ante in homines valebat, exutum esse. Conf. *Apoc.* XII. 7. seqq. & *Joh.* XII. 31. Nil mirum ergo, quod discipuli tam facili opera daemonas ejicere possent. Hinc & sequitur Com. seq. ιδυ διδωμι ὑμιν την εξυσιαν τυ πατειν επανω οφεων και σκορπιων &c. ubi, ut hoc verbulo addam, Millius notat, Justinum Mart. post οφεων addere και σκολοπενδρων: locum si desideres, exstat in *Dial. cum Tryph. p.* 85.

Ib. Com. 20.

Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι ——— χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Habemus hic doctrinam excellentissimam. In sinu passim gaudent homines, optimi quoque, cum aliquid magni aut insoliti praestare liceat. Facile tum animus sese effert. Nihil autem indecentius, nihil magis noxium. Ita res conparata erat cum discipulis. Ab hoc vitio eos avocat optimus Servator, ducitque ipsos ex adverso in conspectum summi boni, amoris divini, cujus salutaris agnitio perennis ipsis foret, purissimae laetitiae scaturigo, veramque inspiraret modestiam. Maximi certe usus haec admonitio in omni Christiani hominis vita, inprimis vero doctoris Euangel. Verum haec digito tetigisse suffecerit. Notemus nonnulla ad ipsa verba. In pluribus Manuscriptis legitur χαίρετε δὲ absque τῳ, μαλλον. Neque hoc admodum opus; saepe enim per ellipsim subintelligitur. Exempla ex Scriptoribus utriusque linguae toties accumulata non desiderabit lector. Vide, si tanti sit, praeter L. Bos *in Ell. Gr.*, Jens. *Lect. Luc. p.* 278, 279. Burm. ad *Vell. Paterc. L.* II. *C.* 129., &, quos ibi laudat, plures. Ad seqq. observetur, nullam gentem fuisse politiorem, cui non illa sedit sententia, penes Numen esse

esse tabulas, aut commentarium, in quem nomina factaque hominum in utramque partem referrentur. Judaeos mitto, qui sua ex revelatione hauserunt. Verum, cui Jovis διφθεραι sunt incognitae? Diogenian. III. *Prov.* 2. haec habet: ἡ διφθερα, εν ᾗ δοκει ὁ ζευς απογραφεσθαι τα γινομενα παμπαλιος. Plura talia dabit Cl. Valcken. ad Herod. *L.* V. *C.* 58. Dicebant & δελτους. Insignis locus Euripid. apud *Stobaeum in Floril. Grotii p.* 121.

Δοκειτε πηδαν τ' αδικημαθ' εις θεους
Πτεροισι, κἀπειτ' εν Διος δελτου πτυχαις
Γραφειν τιν' αυτα.

Hinc proverbium, εκ των Διος δελτων ὁ μαρτυς, Lucian. *de merc. Conduct. T.* I. *p.* 667. Neque Jovi tantum; sed & Parcis aliisque Diis ejusmodi libros tribuebant. Hinc Callim. *Hymno in Cererem* ℣. 57.

Νεμεσις δε καλαν εγραψατο φωναν.

Locum minus bene intellectum egregie explicuit Cl. Ernesti, qui, ut video, Euripideum fragmentum etiam notare non neglexit.

Ib. Com. 21.

Ἠγαλλίασατο τῷ πνεύματι, καὶ εἶπεν. Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ Κύριε τῶν οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, ὅ τι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν κ. λ.

Quod Com. praeced. ſuos monuerat Dominus, id hic ſuo ipſe exemplo conprobat. De phraſi ηγαλλιασατο τω πνευματι, vid. hic Grot. Wolf. Heuman., & conf. not. ad *C.* I. 47. Εξομολογουμαι σοι ab Erasmo, aliisque, inter quos & noſtri Belgae, vertitur, *gratias tibi ago.* Verum L. de Dieu, Vorſtius, pluresque hanc interpretationem inprobant, quia hic non agatur de beneficio aliquo, pro quo Deo gratiae eſſent agendae, ſed de recto quodam facto, quod nemo inprobare, omnes vero laudare debent. Minus ſolida, ſi quid video, eſt haec obſervatio: Dominus enim ſummam Patris poteſtatem celebrans, ei ſimul gratias agit, quod illam ad ſui gloriam nominis tam luculenter demonſtrare voluerit. Veteres tantum non omnes hic per ευχαριστειν expoſuerunt. Loca Chryſoſtomi, aliorumque reperies apud Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* in v. Addo Origen. *lib. de Orat. T.* I. *pag.* 221. ubi, το εξομολογουμαι, inquit, ισον εστι τω ευχαριστω. Ad quae verba Vir doctiſſ. *p.* 917. notat, eodem quoque modo haec Chriſti verba ex-

explicare Euſebium. Εξομολογουμαι quoque optime ſignificat *gratias ago*, modo ſubintelligas χαριν: vid. Cl. Albert. *Obſ. p.* 87, 88. Quod vero Patrem adloquens Dominus hic eum dicat του ουρανου και της γης κυριον, id non ſine ratione factum; quod enim hic conmemorat, tale eſt, ut in eo Deus, ſe omnium eſſe dominum, clariſſime demonſtret. Quamobrem & per σοφους και συνετους, ac νηπιους, cum multis jam non intelligo, qui tales ſibi videntur, qui ita de ſe ſentiunt; ſed qui revera tales ſunt. Νηπιοι, quos ob oculos habebat Dominus, erant maxime diſcipuli, de quibus hic vide Lamium *de eruditione Apoſt. pag.* 26. ſeqq.

Ib. COM. 22. 23.

Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει. ——— Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς κ. λ.

Ante verba παντα παρεδοτη μοι cet. in multis ſcriptis libris haec legis: Και στραφεις προς τους μαθητας ειπε. In textum haec recepit Wetſtenius, quod factum nollem: namque in utramque partem, ſi quid video, probabiliter hic diſputari poteſt. Inſtruamus aciem, ſubpeditatis quoque novis, quibus utrimque pugnent, armis. Pro Wetſtenio faciunt haec ſequentia. α.) Dominus ad Patrem locutus, jam ad alios diſerte ſermonem convertit. β.). Agnoſcunt haec verba plu-

plures, & probatiſſimi quidem, Codices; atque his adcedunt Syrus & Arabs. γ.). Facile, ut monet Ill. Grotius, haec particula ab aliis omitti potuit, quia ſequenti Commate idem loquendi genus repetitur. Pro vulgata haec pugnant. α.) Orationis, qualem hic habemus, permutatio illud additamentum non requirit: talia adfectui loquentis adſcribenda paſſim reperias; neque, quod notandum, hoc vel ſimile quid exſtat in loco parallelo *Matth.* XI. 26, 27. β.). Codices Codicibus, & Verſiones Verſionibus hic oppoſitae ſunt. γ.) Antiqui librarii oculus, ut obſervavit Bengelius, praepoſtere hic incidere potuit in Comma ſequens, atque hinc iſta jam olim per varios Codd. potuerunt propagari. Adcedit δ.) antiquiſſimos Patres haec ignorare, inter quos eſt Origenes l. c., & Euſebius, ut vides in Ill. Montfauconii *collect. nova Patrum T.* I. *p.* 704. Denique ε.) iſta repetitio Com. ſeq. lectorem offendit. En, quae mihi utriusque ſententiae rationes & momenta inveſtiganti, & libranti dici poſſe hic videbantur. Sedeat jam Criticorum Senatus judex, & pronunciet, utra pars ſit ſuperior. Mihi antea prior vincere videbatur, jam vero poſterior. Saltem, ſi in Wetſtenii ſententiam tranſirem, hac lege facerem, ut verba Comm. 23. huc tranferrentur, atque ita textus legeretur. Και στραφεις προς τους μαθητας, κατ' ιδιαν ειπε. Παντα παρεδοθη —— αποκαλυψαι. Μακαριοι οι οφθαλμοι κ. λ. Ex his autem arbitrari licet de iis, quae hic conmentatus eſt Heumannus, in quae demum incidi, poſtquam haec ſcripſeram. Ceterum, ad verum ſenſum verborum,

rum, και ουδεις γινωσκει ——— αποκαλυψαι rite percipiendum, ex posteriore parte, και ῳ εαν βουληται ὁ υἱος αποκαλυψαι, in priori supplendum puto, και ῳ εαν βουληται ὁ πατηρ αποκαλυψαι.

Ib. COM. 29.

Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;

Και elegantiae gratia interrogationi saepe praemittitur, maxime, cum interrogatio fiat cum admiratione, indignatione, aut adfectu quodam vehementiori. Neque hoc, ut nonnulli putarunt, Hebraismum redolet; nam Graeci & Latini ita και atque *et* passim utuntur. Ipsum Lat. *ecquis* quid aliud est, quam *& quis?* Vid. L. Bos ad *Marc.* X. 26. & *Act.* XXIII. 3. Heum. & Kypke h. l. Adde elegantem lib. Dounaei *Praelect. in Demosth. p.* 191. ubi confert ειτα, unde Latin. *ita*, quod pari modo usurpatur, quemadmodum docuit Cl. Alb. *Obs. ad Hebr.* XII. 9. Hinc jam arbitraberis, quam bene scripta sint a Clerico, quae habes ad Hammond. *Jac.* II. 4. & quo jure ibi auctoritate Cod. Alex., cui male addit Vulg., και expungendum velit. Ceterum πλησιον sine articulo. In nonnullis Codd. additur, & recte quidem. Addendus etiam Com. 36. Ita & nonnulli, nisi fallor, Patres. Habes Com. 27. τον πλησιον σου.

Ib.

Digitized by Google

Ib. Com. 30.

Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν. Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν κ. λ.

Ὑπολαβων Vulg. *ſuſcipiens*, pro quo in quibusdam exemplaribus *ſuſpiciens*, vitio certe cujuſpiam ſcioli, ut bene monuit R. Stephanus in *nova Gloſſa:* Hinc jam in Veleſianis lectionibus habes αναβλεπων. Ceterum ὑπολαβων per ellipſin του, λογον, ut plene dixit Herodotus, *ſuſcipiens, continuans ſermonem.* Plura de hac phraſi ſi velis, adi Viros doctos a Wolf. laudatos, & Wetſten. Adde vero exemplis ab ipſis productis Thucyd. *L.* V. *C.* 49. οἱ δε Λακεδαιμονιοι ὑπελαμβανον. Scholiaſtes ὑπελαμβανον, αντι του αντελεγον, εκ διαδοχης απεκρινοντο: Locum hunc laudavit Thomas Mag. in v. ubi Cl. Oudendorp. plura. Quod ad ſequentem parabolam adtinet, non eadem, quemadmodum in talibus fit, de ejus ſcopo eruditorum eſt ſententia. Ad allegoriam deflectunt multi, cum inter veteres, tum inter recentiores. Homo, qui in latrones incidebat &c., eſt homo primus ex felici in miſerrimum prolapſus ſtatum. Sacerdos & Levita lex Moiſaica, & ſermo propheticus. Samaritanus Dominus Jeſus verus animarum cuſtos, quod ſcilicet vox Σαμαρειτης ſignificat. Ad ſpecialia non deſcendo. Ex Patribus, ſi placet, lege Origen. *Opp. T.* III. *pag.* 972. Chryſoſt. *Opp. T.*

T. VII. *pag.* 387. & 506. edit. Savil. quanquam illa forte ejus non ſint, Cyprian. *L.* III. *Ep.* 14. Hieronym. aliosque. Recentiores laudare nihil adtinet, cum in omnium manibus verſentur. In his & ſimilibus valeat illud: *Simplex ſigillum veri.* Praecipuum certe parabolae ſcopum videmus Com. 36. An vero Sacerdoti & Levitae hic quoque Samaritanum praeferat Dominus, quod hi olim de Meſſia, ejusque regno rectius ſenſerint, quam Judaei, ut ad Ill. Cuperum ſcripſit Keuchenius, ego quidem non dixerim. Ad το, λῃσαις περιεπεσεν, nota, περιπιπτειν paſſim cum dandi caſu conſtrui. Legitur quidem apud Herodot. *L.* VII. *Cap.* 38. επι συμφορην περιεπεσε ανεθελητον; verum vel συμφορῇ pro επι συμφορην legendum, vel pro περιεπεσε, ενεπεσε, ut monuerunt Weſſel. & Valcken. Noſtra praſis ſaepius occurrit. Vid. Albert. *Obſ. ad Com.* 36. ubi εμπιπτειν, de Rhoer *Fer. Daventr. pag.* 90. & Wetſten. ad *h. l.* Horat. *Serm. L.* I. 2. 42. *fugiens hic decidit acrem Praedonum in turbam.*

Ib. COM. 31.

Κατα συγκυρίαν —— ἀντιπαρῆλθεν.

Verbum συγκυρειν frequenter reperias. Vid. Wetſten. Plura exemplis ab eo laudatis ex Diodoro Sic. aliisque addi poſſent. Verum vox συγκυρια rarior eſt. Habes tamen, niſi fallor, apud Antoninum Philoſ., ſed locus jam non

non ſuccurrit. Patres ſaepius adhibent. Chryſoſtom. vel quisquis ſcriptor eſt l. c. *pag.* 388. haec notat: Καὶ ουκ ειπε κατα συντυχιαν· αλλα κατα συγκυριαν· κατα σύντυχιαν γαρ εξιν απροοπτως και απροσδοκητως, ὁταν εξ αυτοματου τις παραγενηται· κατα συγκυριαν δε εξιν, ὁταν τις κατα προνοιαν θεου τι ποιηση· ενταυθα ουν κατα προνοιαν θεε κατεβαινεν ὁ ἱερευς εν τῃ ὁδῳ εκεινῃ. Heſych. tamen συγκυρεια (ſic ſcripſit pro συγκυρια, ut recte Cl. Albert.) interpretatur συντυχια, & Mich. Apoſt. Lex. MS. Gr. Lat. κατα συγκυριαν. *caſu* vel *fortuna*. Vid. Id. ad gloſſam Heſych. hinc petitam, ſed interpretatione, ut plures, carentem, κατα συγκυριαν. Ceterum vox αντιπαρηλθε hic egregie poſita; iſta enim vis ineſt, ut notet: ex adverſo praeteriit, miſero ſupercilioſe contemto. Vides ita graphice depictum hominis faſtum, animumque omni miſericordiae ſenſu plane deſtitutum.

Ib. Com. 32.

Γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ἀντιπαρῆλθεν.

Non opus hic locutionem illam, γενομενος κατα τοπον, poſt Raphel. Wetſten. & Kypke pluribus probare aut illuſtrare. Confer tamen *Act.* XXVI. 7. & *Act.* XVI. 7. ubi habemus: Ελθοντες κατα την Μυσιαν, non jam, *in Myſiam*; ſed *ad fines Myſiae*, επειραζον κατα την Βιθυνιαν πο-

πορευεσθαι. Cantabrig. ibi pro ελθοντες ex emendatione γενομενοι. Pro posteriori κατα cum optimis Codicibus, probante Bengelio & Wetstenio, malim εις, εις την Βιθυνιαν. In ελθων καὶ ιδων Beza monuit redundare videri participium ελθων, ut saepius. Raphelius vero censet, a Luca esse additum, ut doceret, quod Levita non in transitu tantum, nihilve moratus, (quod Sacerdos fecisse videtur) hominem vulneratum adspexerit; sed propius ad eum adcesserit, cognoscendi saltem cupidus, quid rei esset. Atque hoc recte a Viro doctissimo observatum esse puto.

Ib. COM. 34.

Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον.

Samaritanus hic egregie, & hominis miseri cordia tacti, & medici simul, partes implet. Quo eum ita hic spectaremus, Lucas tales adhibet locutiones, quae ad utrumque adprime pertinent. Προσερχεσθαι dicitur de eo, qui auxilii ferendi causa adcedit; sed & de medico. Επιμελεισθαι, quod per se generalius, propria quadam ratione ad medicos quoque spectat, ut notavit Cl. Bos *Animadv. ad Script. Gr. pag.* 66. Ad sequens, κατεδησε τα τραυματα, conf. quae

habet hic Wetſten., & Cl. de Rhoer *Fer. Dav. pag.* 90. Ad επιχεων ελαιον και οινον vide praeter notata a Wolf., aliisque, etiam quae habet Caſaub. ad Athen. *L.* II. *Cap.* 1. Ad vocabulum κτηνος quod adtinet, olim hoc idem erat ac κτημα *poſſeſſio*, cujus vice poëtae ſaepius κτεανος dixerunt. Heſych. & ita Κτηνεα. Χρηματα. Hinc jam procedente tempore adhibitum de *jumento quovis*. Idem Grammaticorum princeps Κτηνη, βοσκηματα. Suidas κτηνος· το ζωον. &c. Recentiores autem ſpeciatim ita *equum* vocarunt. Gloſſae veteres: κτηνος, *jumentum*, *pecus*. Επικτηνιτης, *jumentarius*, *agaſo*. Κτηνεσσια item *agaſo*. *Agaſo* vero κτηνεσσια, επικτηνιτης, ιπποκομος. Verum de his, Deo volente, alias. Pro πανδοχειον Attici ſcribunt πανδοκειον. Vid. Hemſterhuſ. ad *Ariſtoph. Plut. pag.* 122. VV. DD. ad Thomam M. & Pierſ. ad *Moer. Att. p.* 270. Recte Latinus interpres vertit per *Stabulum*. Vid. praeter Wolf. Cl. Weſſeling. ad *Anton. Itiner. p.* 354. Gloſſae: πανδοκευς *ſtabularius*. Πανδοχειον *cauponium*, *diverſorium*, *ſtabulum*. Πανδοχευς item *ſtabularius*. *Stabulum* —— πανδοχειον. *Stabularius* πανδοχευς, πανδοκευς, παντοκευς. Ceterum, ut hoc verbulo addam, Com. ſeq. in nonnullis Codd., Verſ., & Edd. εξελθων non expreſſum. Omiſſum quoque apud Chryſ. l. ſupra laud. *p.* 388. Sed non agnoſcit Chryſ. *Opp. T.* I. *p.* 692. ed. nov. Utrum adſit, nec ne, parum refert.

Ib.

Ib. COM. 38.

Γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο
αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

Probe notanda haec verba. Docent enim, nisi fallor, ad Marthàm domum, quam cum fratre ac sorore inhabitabat, itemque omnem rei domesticae curam pertinuisse. Illa Dominum excipiebat, & quidem in domum suam. Conferamus *Joh.* XII. 1, 2. Ibi Martham habemus διακονουσαν, & Lazarum inter τους ἀνακειμενους. Haec cum ita sint, Marthae utique partes erant omnia curare, coenamque Domino parare: quod si minus laute facere animum induxisset, nullius certe ope indiguisset. Unde videmus, quam inmerito sororem suam incusaret, quod suam ipsi operam non conmodaret.

Ib. COM. 40.

Περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν ——
οὐ μέλει σοι —— συναντιλάβηται.

Vide, quae de priore locutione praeter Wolf. & Wetsten. notarunt Viri doctiss. ad *Thomam M. pag.* 707. Add. Antonin. *de rebus suis L.* XII. §. 2. εαν δε και συ τουτο εθισης ποι-

ειν, τον πολυν περισπασμον σεαυτου περιαιρησεις, atque ibi Cl. Gatack. Ad phrasin, ου μελει σοι, Vide sis Cl. Hemsterhus. ad *Lucian. Dial. mort. pag.* 425. De verbo συναντιλαμβανεσθαι nonnulla addenda. Αντιλαμβανεσθαι primo loco est, sibi, si res in controversiam veniat, aliquid vindicare & adserere. Hinc porro, curam alicujus rei susscipere, solerterque gerere. Saepe haec minus distincte observata. Quid jam sit συναντιλαμβανεσθαι, quisque per se intelligit. Diod. Sic. dixit *L.* XIV. *Cap.* 8. συναντιλαβεσθαι της ελευθεριας. Theophylact. *Epist.* 59. και των ποτων συναντιλαμβανου. Egregie Apostolus *Rom.* VIII. 26. ωσαυτως δε και το πνευμα συναντιλαμβανεται ταις ασθενειαις ημων.

C A.

CAPUT UNDECIMUM.

COM. 2.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Diſputant Viri eruditi, an verba ἡμων, ὁ εν τοις ουρανοις, ſint genuina; neque haec tantum; verum & verba petitionis tertiae, & pars altera ſextae, nempe αλλα ρυσαι ἡμας απο του πονηρου. Ab altera parte hic ſtant Erasmus, Grotius, Millius, Bengelius, Wetſtenius, aliique, qui pro ſpuriis habent; ab altera Wolfius & Whitby *Exam. Variant. lect. Millii p.* 118, 119. aliique, qui a Luca profecta eſſe arbitrantur. Quaeſtio eſt mere critica, neque quidquam facit ad integritatem ſacratiſſimi Codicis N. T., utro modo rem concipias. Si enim pro inſititiis habeas, quid inde periculi? Conſummatiſſima precum formula plene apud Matthaeum exſtat. Orationis clauſula hic quoque deeſt. Alia fuit occaſio, aliud tempus, quo hanc precandi formulam praeſcripſit Dominus, quam quo illam tradidit, quae apud Matthaeum exſtat. Hinc varia eſſe potuit, altera quidem prolixior, altera contractior. Quin & non abſurde forſan quis hinc collegerit, eſſe duas diverſas orationes, in pluribus tamen conſpirantes. Verum ordine procedendum, videndumque, quid utraque pars pro ſua ſententia in medium proferat. Hic ita

agam, ut argumenta, quae γνησιοτητα adſtruunt, breviter; &, quo minus praecipitanter hic judicium feramus, negantium rationes pluribus exhibeam, &, quantum pote, urgeam. Ad priorem claſſem ſpectant ſequentia. α.). Agnoſcunt, & interpretantur Varii Patres, ut Chryſoſt. aliique β.) habent plures Verſiones γ.) in omnibus tantum non Codicibus Graecis illa reperiuntur. Vide haec, ſi placet, uberius propoſita apud doctiſſ. Whitbium l. c. ubi tamen plus unum errorem commiſit, quemadmodum ex ſeqq., niſi fallor, liquido conſtabit. Pro contraria ſententia facit α.) quod iſta non inveniantur in antiquiſſima Latina verſione in plerisque ſaltem Codicibus, & quidem vetuſtiſſimis: ut jam ad Comma 4. obſervavit Erasmus. Ill. Aug. Mar. Cardinalis Quirinus notavit in libro ſingulari *de optimis ſcriptorum editionibus* &c. *p.* 66. antiquiſſimam & omnium primam Latinorum Bibliorum editionem omittere petitionem tertiam & ſeptimam: alteram anni 1473. tertiam petitionem ſic tantum habere *fiat voluntas tua;* ſeptimam vero pariter omittere: tertiam tandem anni 1475., aeque ac primam, utramque ignorare. Fatetur Whitbius; ſed difficultatem hoc modo ſolvere conatur. „ Vulgatum, inquit, minoris „ facio, quae in Luca ſic exorditur, *cum oratis, dicite, Pater ſanctificetur* &c. at vel ipſe „ Origenes ait, του δε Λουκα ουτως· πατερ ημων „ ὁ εν τοις ουρανοις. Unde cogitur Millius dicere, „ irrepſiſſe haec ante tempora Origenis Proleg. „ pag. 44. col. 1.„ Verum Vulgatae auctoritas a Viro docto non erat extenuanda, cum certe

certe magna ſit, ut omnes aequi judices agnoſcunt. Minoris tamen, fateor, hic habenda foret, ſi, ut adfirmat Vir eruditiſſimus, ei adverſaretur Origenes; ſed in eo egregie fallitur, quod ipſi tamen condonandum, quia hic a Millio eſt deceptus. Editor ſcilicet Origenis Oxonienſis verba ἡμων, ὁ εν τοις ουρανοις, contra Codicum fidem textui inſerere non dubitaverat; hinc in errorem ductus Millius, incuriae tamen non abſolvendus, quod Editor in Notis agnoverit, verba haec ἡμων ὁ εν τοις ουρανοις, in exemplari non conparere, atque idcirco ea ſe in verſione prorſus omiſiſſe. Unde videmus, quanta in his adcuratione opus ſit. Verba πατερ, ἁγιασθητω κ. λ. omiſſis illis, ἡμων ὁ εν τοις ουρανοις, ab Origenis manu eſſe profecta, ex ejus verbis quoque certiſſime conſtat. Vide hic notas Anonymi, Viri doctiſſ. *Opp. Orig. T.* I. ed. noviſſ. ad *p.* 227. libelli de *oratione*. Audiamus age, quae Beza noſter ad h. l. ſcribit. „ Ἡμῶν ὁ ἐν „ τοῖς οὐρανοῖς. Haec non legit Vetus interpres, „ & apparet ex Auguſt. Enchir. ad Laurentium „ *Cap.* 116. Latina exemplaria Lucae tunc habuiſſe in hac precatione quinque tantum petitiones, omiſſa videlicet tertia, & altera ſextae parte, quae poſtea fuerunt ex Matthaeo ſuppletae: quod tamen jam olim factum fuiſſe, non tantum ex Graecis Codicibus, ſed etiam ex Syra interpretatione conſtat.„ Hactenus doctiſſimus Interpres. Vulgatae adcedit Armeniaca verſio, quae certe auctoritate non inferior, quam Syriaca: neque hic quis opinetur, illam ad Vulgatam eſſe accommodatam;

contrarium enim conſtat. Vide, quae egregie in hanc rem ſcripſit Cl. La-Crozius in literis datis ad Gulielmum & Georgium Whiſtonios Viros eruditiſſimos, in Praef. ad *Moſis Chorenenſis Hiſt. Armen. pag.* 16. β.). Prodit poſt haec Origenis teſtimonium, omni, ut videtur, exceptione majus. Illa ἡμων ὁ εν τοις ουρανοις, ut jam dictum, non agnoſcit. Ad tertiam petitionem *l. c. pag.* 240. ita ſcribit: Γενηθητω το θελημα σου ὡς εν ουρανῳ και επι της γης, ὁ Λουκας μετα το, ελθετω ἡ βασιλεια σου, ταυτα παρασιωπησας, εταξε τον αρτον τον ε. δ. ἡ. κ. ἡ διοπερ, (ita pergit) ὰς προεταξαμεν λεξεις, ὡς παρα μονῳ τῳ Ματθαιῳ κειμενας, εξετασωμεν ακολουθως τοις προ τουτων. Quid diſertius dici poteſt? Ad ſextam vero petitionem *pag.* 256. Και μη εισενεγκης ἡμας εις πειρασμον· το δε, αλλα ρυσαι ἡμας απο του πονηρου, παρα τῳ Λουκα σεσιωπηται· & *pag.* 265. hanc de illa partis poſterioris omiſſione addit obſervationem. Δοκει δε μοι ὁ Λουκας δια του μη εισενεγκης ἡμας εις πειρασμον, δυναμει δεδιδαχεναι και το, ρυσαι ἡμας απο του πονηρου. και εικος τε προς μεν τον μαθητην, ἅτε δη ωφελημενον, ειρηκεναι κυριον το επιτομωτερον· προς δε τους πλειονας δεομενους τρανοτερον διδασκαλιας, το σαφεστερον. Premamus quaeſo hoc argumentum. Aliud eſt, hunc vel illum e priſcis eccleſiae doctoribus in citatione alicujus loci nonnulla, quae hodie leguntur, omittere: quin aliud, omittere, cum vel in locum commentetur: aliud vero, eum expreſſis verbis dicere: *illud ibi non legitur*, vel *ab eo reticetur*: ut hic plus ſemel Origenes. Deinde neutiquam perinde eſt, quis ſit, qui ejusmodi teſtimonium per-

perhibeat. Verum tanta hic auctoritas Origenis, quanta nullius. Doctiſſimus hic Pater primus fuit, qui ad libros divinos Grammatice, id eſt, prout decet, tractandos, animum adjecit; quin, quidquid vetuſtas Chriſtiana in hoc genere, praeſertim quoad N. T. libros, boni habeat, id prope omne ab eo eſt profectum, quemadmodum egregie docuit Cl. Erneſti *Opuſc. Phil. & Crit. pag.* 283. ſeqq. Origenes eum in finem omni diligentia in id incubuit, ut Veteris & Novi Teſtamenti libri emendate legerentur. Quoad V. T., res ſupra omnem dubitationis aleam poſita. Libros N. T. perinde critica cura ab eo eſſe excuſſos, operae eſt, ut paucis adfirmemus. Non repetam, quae erudite hac de re diſputavit Erneſti *l. c. pag.* 306. *ſeq.* Produco hic luculentiſſimum teſtimonium ex epiſtola ipſius Adamantii, quam habes apud Cedrenum *pag.* 253. ed. Pariſ. & *T.* IX. *pag.* 200 Corporis Byzant. Ita ibi ſcribit. Ουτε γαρ δειπνησαι εξιν ἡμιν μη αντιβαλλουσιν, ουτε δειπνησασιν εξεξιν περιπατησαι, και διαναπαυσαι τα σωματα· αλλα και εν τοις καιροις εκεινοις φιλολογειν και ακριβουν τα αντιγραφα αναγκαζομεθα· ουτε μην ὁλην επι τη θεραπειᾳ του σωματος την νυκτα εξεξιν ἡμιν κοιμασθαι, επι πολυ της ἑσπερας της φιλολογιας παρατεινουσης. κ. λ. *Namque vel inter coenandum nobis collatio inſtituenda: neque a coena ambulare, & corpora quiete relaxare datur; ſed illo etiam tempore, literis vacare, & emendare exemplaria cogimur. Neque vero corporis reficiendi cauſa totam noctem nobis dormire licet, labore in noctem ſe extendente.* Totidem haec pene ver-

bis repetit Suidas v. Ωριγενης *Opp. T.* II. *pag.* 765, 766. Quaenam autem jam illa exemplaria, in quibus conferendis & emendandis tam indefeſſum & non interruptum ſtudium collocabat noſter Origenes? Certe exemplaria Sacrae Scripturae. Eo enim, ut ex praecedd. liquet, haec memorat Origenes, quo doceat, quam paene deſperaret de exſequendis, quae ipſi injungebat Ambroſius; atque haec unice ad S. Literarum interpretationem ſpectabant. Jungit quoque, φιλολογειν και ακριβουν τα αντιγραφα. Cogitandum vero eſſe non tantum de exemplaribus veteris, ſed & Novi Teſtamenti, non eſt quod moneam. Haec ſufficiunt. Plura forte hac de re, Deo dante, alias. Judicet jam eruditus & rei criticae non inperitus lector, pronuncietque, quid hic ſtatuendum ſit. Conf. ſi placet, Bengel. *Appar. Crit. pag.* 533.

Ib. Com. 3.

Τὸν ἐπιούσιον.

Multis de hac voce, quod nemo non novit, egeruut Eruditi. Varias ſententias dabit Cl. Wolf. Chryſoſt. in Matth. *Opp. T.* II. ed. Sav. *pag.* 138. Τι εϛι τον αρτον τον επιουσιον; reſpondet, τον εφημερον. Sic ſaepius. Vide Suicer. *Obſ. S. p.* 245. Idem *Opp. T.* V. *p.* 187. Αρτον επιουσιον, τουτεϛιν επι την ουσιαν του σωματος διαβαινοντα και συγκρατησαι ταυτην δυναμενον. Jacobus *Ep. C.* II. 15. dixit ἡ εφημερος τρο-

τροφὴ· βιος τοῦ ἡμεραν Diogen. Laërt. *L.* VI. *C.* 38. Plura Albert. *Obſ. pag.* 48. & J. A. Fabric. ad *S. Empiric. pag.* 702. ubi hunc locum quoque tetigit, & eodem modo explicuit Vir eximius. Thucyd., ut hoc addam, *L.* I. *C.* 2. της τε καθ' ἡμεραν αναγκαιου τροφης παντα χου αν ἡγουμενοι επικρατειν. Apud Iſocratem eodem ſenſu τω καθ' ἡμεραν, τα καθ' ἡμεραν ἑκαστην αναγκαια, item τροφη ἡ καθ' ἡμεραν, oratione *de pace*. Diſputarunt jam olim Eruditi de vocis etymo: an ſcilicet ſit a participio επιων, επιουσα, num vero ab επι & ουσια. Male nonnulli priorem illam derivationem inprobarunt, quod talia adjectiva, ut ajunt, a particip. non formentur. Contrarium liquet v. c. ex ἑκουσιος, quod certiſſime eſt ab ἑκων, ἑκουσα, participio verbi ἑκω, quod idem ac ικω, unde ικνεω, ικνεομαι, ακων hinc pro ασεκων, unde ακουσα, atque inde ακουσιος. Analogiae itaque linguae non repugnat iſta deductio. Inclino tamen in alteram ſententiam, quia in his compoſitis ουσια partem vocis conſtituit: vides hoc in ανουσιος, ενουσιος, ἑτερουσιος &c. Adde περιουσιος, quod, ut recte monuit Alberti, non eſt a περιων, περιουσα; ſed a περι & ουσια. Schol. Thucyd. *L.* I. *C.* 2. ſcribit, περιουσα, ἡ περιττη ουσια. Huic derivationi innititur explicatio, quam vidimus, Chryſoſtomi, qui de pane corporali tantum intelligit: alii tamen aliter, ut apud Cl. Le Moyne *Var. Sacr. T.* II. *pag.* 65. Επειδη ὁ πας ανθρωπος εκ δυο ουσιων συνισαται, ψυχης λεγω και σωματος, δια τουτο εφ' ἑκαστῃ ουσια πρεπουτα αρτον αιτουμεθα. Eſt ut ve-

verum fatear, aliquid, quod mihi in hac expoſitione nonnihil officit, quod nempe ſit nimis, ut ita dicam, philoſophica. Quam ob cauſam jam quoque miſſam facio, quam ante amplectebar, expoſitionem: ουσιαν ſcilicet eſſe eſſentiam rei, vel quod in quavis re eſt praeſtantiſſimum; ουσιαν itaque hominis Chriſtiani conſtituere ea, quae habemus in praecedd. petitionibus; αρτον επιουσιον ſic eſſe panem, qui adcedit ad illam ουσιαν. Quid itaque tandem? Ουσια ſunt *facultates*, *bona*, *patrimonium*, *hereditas*. Pluribus hoc probavit Cl. Albert. l. c. Apoſtolius *pag.* 32. &c. Αμυρις μαινεται εξαργυρισαμενος την ουσιαν, pro quo Suidas habet τα ιδια. Herodot. *L.* VI. 86. dixit τα ημισεα πασης της ουσιας εξαργυρωσαι. Apud Diogen. L. Solon *L.* I. *C.* 56. μη επιτροπευειν, εις ον η ουσια ερχεται των ορφανων τελευτησαντων. Conf. Diod. Sic. *L.* XII. *Cap.* 15. Vid. & Iſaeus Orat. de *Philoct. Hered. pag.* 59. Apud Demoſthenem quoque filii plus ſemel dicuntur διανεμεσθαι την πατρωαν ουσιαν. Panis επιουσιος ita ex uſu praep. επι in conpoſitis eſt *panis adjectitius ad hereditatem*, qui ad hereditatem filiorum Dei, proprie ſic dictam, corollarii inſtar adcedit. Conf. Cl. Venema *Diſſ. S. pag.* 371. Habes ergo hic, quod Dominus dixit *Matth.* VI. 33. Ζητειτε *cet.* και παντα ταυτα προστεθησεται υμιν. Coronidis loco adponam hic aurea Chryſoſtomi ad h. l. verba. Συ δε μοι σκοπει, πως και εν τοις σωματικοις πολυ το πνευματικον· ουδε γαρ υπερ χρηματων, ουδε υπερ τρυφης, ουδε υπερ πολυτελειας ιματιων, ουδε υπερ αλλου ου-

ουδενος των τοιουτων. αλλ' ὑπερ αρτου μονον εκελευσε την ευχην ποιεισθαι, και ὑπερ αρτου του εφεμηρου *cet.*

Ib. COM. 4.

Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ——
ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Dubitarunt multi Viri docti, an αφιεναι & αφεσις apud bonos auctores hoc ſenſu reperiatur; ſed varia loca, ubi ita habes, jam notavit Vitr. *Obſ. L.* IV. *C.* 3. Wolf. & Wetſt. ad Matth. Alberti *Peric. Crit. p.* 44. & *Gloſſ. p.* 98. Addo, ita την αφεσιν της ζημιας *veniam multctae* exſtare in *Excerpt. Valeſ. p.* 418. Notandus inprimis egregius locis Herodoti, *L.* VIII. *C.* 140. ubi Mardonius ad Athenienſes nomine Alexandri: Αθηναιοισι τας ἁμαρταδας τας εξ εκεινων ες εμε γενομενας πασας μετιημι: deinde πολλα γαρ ὑμιν αξια ταυτα, ει βασιλευς γε ὁ μεγας μεννοισι ὑμιν Ἑλληνων τας ἁμαρταδας απιεις (ex dial. pro αφιεις) εθελει φιλος γενεσθαι. Τυ πονηρυ in fine petitionis ſextae male nonnulli υδετερως accipiunt; nam omnino eſt maſcul. gen. Ὁ πονηρος S. Scriptoribus eſt diabolus. Vid. *Matth.* XIII. 19, 38. *Eph.* VI. 16. 2 *Theſſ.* III. 3. alibi. Πειρασμυ, quem hic deprecantur filii Dei, auctor & fax eſt malorum Spirituum princeps, ὁ πειραζων, κατ' εξοχην hinc dictus *Matth.* IV. 1. &c. Ita & tantum non omnes Veteres explicant.

Digitized by Google

cant. Loca ſubpeditabit Cl. Suicerus *Obſ. S. p.* 269. Egregie Chryſoſtom. in hanc petitionem loco ſupra laudato. Πονηρον δε ενταυθα τον διαβολον καλει, κελευων ἡμας ασπονδον προς αυτον εχειν πολεμον, και δεικνυς, ὁτι ϰ φυσει τοιουτος εϛιν· ϰ γαρ των εϰ φυσεως αλλα των εϰ προαιρεσεως επιγενομενων εϛιν ἡ πονηρια· ϰατ' εξοχην δε ἑτως ϰεινος ϰαλειται δια την ὑπερβολην της ϰαϰιας, ϰαι επειδαν μηδεν παρ' ἡμων αδιϰηθεις, ασπονδον προς ἡμας εχει τον πολεμον. Adcedit tandem conſtructio verbi ρυεσθαι cum απο. Scripſit quidem Apoſtolus 2 *Tim.* IV. 18. ϰαι ρυσεται με ὁ Κυριος απο παντος εργου πονηρου; verum hoc rarius; nam, ſi de re agitur, paſſim conſtruitur cum εϰ, vel ſimpliciter cum genit. omiſſa praepoſitione. Exempla vide apud Cl. Weſſeling. ad Herodot. IX. 76. *pag.* 727. Unum addo locum Lactantii, quem, quia egregius eſt, hic deſcribam: exſtat *L.* II. *Inſtit. Div. C.* 15., ubi Hermes haec: μια, inquit, φυλαϰη ευσεβεια· ευσεβης γαρ ανθρωπος ϰ δαιμων ϰαϰος, ϰτε ειμαρμενη ϰρατει. Θεος γαρ ρυεται τον ευσεβη εϰ παντος ϰαϰου. Vides idem, quod dixit Apoſtolus; ſed cum praepoſ. εϰ. Videbis & ibi paulo inferius obſervatum, Trismegiſtum *daemonas* adpellaſſe αγγελους πονηρους.

Ib.

Ib. COM. 5.

Μεσονυκτίου.

Origenes legit μεσονυκτιον; nam ita recte dedit noviſſimus Editor lib. *de Oratione pag.* 213. Ceterum inmerito Thom. Mag. & Phrynichus hanc vocem tanquam poeticam in pedeſtri ſermone damnant: ut docuit Cl. Alb. *Obſ. ad h. l.* & Comment. ad utrumque Grammat.

Ib. COM. 7.

Οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι.

Poteſt exponi, non *licet*, non *decet* jam ſurgere, & dare, quod petis. Dubito tamen, an haec interpretatio huic loco conveniat. Legamus totum Comma. Dicit, μη μοι κοπους παρεχε; habes verba hominis indignabundi & ſtomachantis: pergit, ηδη ἡ θυρα κεκλειϛαι, neque hoc tantum; ſed & τα παιδια μου μετ' εμου εις την κοιτην εισιν. An haec jam bene excipit illud, *non decet* &c.? Non videtur. Verum ſubſtitue, *nolo ſurgere, ut tibi dem*, & ſentis mox, hoc adfectui hominis bene reſpondere. Δυναμαι plus ſemel pro *velle*, cum apud ſacros, tum apud profanos Scriptores: vide *Marc.* VI. 4, 5. & quos ibi laudat Wolf. Adde Herodot. *L.* IX. *C.* 44. τα σφαγια ϰ δυνανται καταθυμια γε-

γενεσθαι. Conf. & Cl. Valcken. ad *L.* VII. *C.* 133. Sophocles *Philoct.* ϒ. 793. ω θανατε, θανατε, πως αει καλεμενος ἑτω κατ' ημαρ, ϗ δυνῃ μολειν ποτε; Viciſſim εθελω pro δυναμαι. Ariſtoph. *Avib.* ϒ. 582. ϗκ εθελησει μα Δι. Schol. ϗκ εθελησει αντι τϑ, ϗ δυνησεται. Ὁμηρος· ϗδ' εθελει προρεειν. Vide & Cl. Kuſt. Herodot. *L.* I. ανευ αναγκαιης ισχυρης συμβασιες ισχυραι ϗκ εθελεσι συμμενειν. In talibus tamen θελειν & εθελειν ſaepenumero πλεοναζει, quod Heraldo minus animadverſum notavit Cl. Weſſeling. ad Herod. *L.* VII. *C.* 49. Callim. in *Del.* ϒ. 4. Δηλος δ' εθελει τα πρωτα φερεσθαι. Alia non addo.

Ib. Com. 9.

Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.

Ita & *Matth.* VII. 7. Clemens Alexandr. citat *T.* I. *pag.* 489. ed. nov. αιτεισθε γαρ, και δοθησεται ὑμιν. Atque hic ſibi conſtat: ita & *pag.* 307. εαν αιτησησθε εν τῃ προσευχῃ πιστευοντες, ληψεσθε. Matthaeus αιτησητε: iterum *pag.* 416. Αιτεισθε γαρ, φησι, τα μεγαλα, και τα μικρα ὑμιν προσεθησεται, ubi non reſpexiſſe videtur ad verba praeciſe eadem, quae Dominus locutus erat; ſed ad argumentum verborum Chriſti *Matth.* VI. 33. Αιτειν tamen & αιτεισθαι ſignificatione differunt. Ammonius. Αιτω και Αιτεμαι διαφερει. Το μεν γαρ Αιτω, επι τϑ ἁπαξ τι λαβειν, και μη ἀποδυναι· το δ' Αιτεμαι, επι τϑ χρησασθαι εις ἀποδοσιν. Suidas το μεν αιτων ειναι ἐξων·

ἐξων· το δε αιτεμενος λαβων αυθις αποδωσων. Sic & alii. Liquet egregie discrimen ex loco Menandri in *hymnide*, ab utroque laudato. Vide Cl. Valcken. *Animadv. ad Ammon. p.* 12—14. Verum dantur non tantum verba, in quibus forma activa & media promiscue usurpatur, ut docent Ti. Hemsterhus., *Obs. Misc. Vol.* V. *p.* 63—65. ad *Thom. M. pag.* 101, 102. & Abresch *Obs. Misc. Vol.* VII. *pag.* 299.; sed & illud discrimen inter αιτειν & αιτεισθαι semper tam anxie non observatur, apud Sacros maxime Scriptores. Αιτεισθαι eodem sensu ac hic *Matth.* XIII. 7. XVIII. 19. alibi. Noster etiam *Act.* VII. 46. Exstat inprimis insignis in hanc rem locus *Jac.* IV. 3. ubi αιτειν & αιτεισθαι permutantur. Αιτειτε, inquit Apostolus, και ου λαμβανετε, διοτι κακως αιτεισθε κ. λ. Clemens Alexandr. sic & alias. Ita l. c. *pag.* 37. πως δε ουχ' οσιοι αναλογως οι δεισιδαιμονες, οι μεν σωτηρας ευφημεμενοι· οι δε σωτηριαν αιτεμενοι παρα των επιβελων σωτηριας. Atque sic saepius.

Ib. COM. 11.

Τινα.

Nonnulli Codd. legunt τις. Sic & in quibusdam Versionibus expressum. Alii τινος malunt. Quomodocumque autem legeris, ανακολυθον non vitabis. Verum ne nodum in scirpo quaeras. Τις interrogative saepe idem valet ac εἰτις. Vide *Jac.* III. 13. Τις σοφος και επιστημων εν υμιν; δειξατω *cet.* id est, ut *C.* I. 26. εἰτις.

Atque ita & ſcripti libri, quos etiam ſequuntur nonnullae Edd. ſed male; nam eſt verae lectionis interpretamentum: conf. Vorſt. *de Hebr. L.* I. *C.* 7. Ita jam & h. l. Τινα pro ειτινα; ſed ſic poſit αρτον ponendum eſt ſignum interrogationis.

Ib. Com. 12.

Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ὠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον;

Nonnulli Codd. & Edd. hic habent αιτησει, de qua variatione vide, quae notavimus ad *C.* IX. 27. Interpretes per σκορπιον paſſim intelligunt beſtiam venenatam. Verum intercedit Cl. Almelovenius; quia ſcilicet nulla inter *ovum* & *ſcorpionem* eſt ſimilitudo, qualis eſt inter *lapidem* & *panem*. Ipſe autem intelligit globum quendam ovalem formam referentem. Vid. *Bibl. Brem. claſſe* V. *pag.* 452, 453. ubi inter alia habes, σκορπιον etiam dictum *tutulum crinium in puero:* monuit hoc & magnus J G. Voſſius in *Etymol.* v. *Scorpius*. Nititur id auctoritate Schol. Thucyd. qui ad *L.* I. *C.* 6. ſcripſit: εκαλειτο δε των μεν ανδρων, κρωβυλος, των δε γυναικων, κορυμβος· των δε παιδων σκορπιος. Atque hinc deſcripſit Suidas v. Κρωβύλος, qui in praecedd. Κρώβυλος· ὁ μάλλος των παιδιων. Unde jam emendes licet Phavorinum v. Κρωβυλος· ὁμαλος (l. ὁ μαλλος) των παιδιων, ἢ κατα τινας των αιδοιων (l. ανδρων) ἢ ὁ κορυμβος· της εμπλοκης (l. τις

τις εμπλοκη vel ſubintellige ειδος) ἥ εστιν ανηνεγμενη απο μεσου μετωπου επι την κορυφην. Eadem fere Heſychius, apud quem in v. Κροβυλος & Κρωβυλος pro αιδοιων ſimiliter legerim ανδρων, quod mirari ſubit nemini virorum doctorum, qui in Lexicographum commentati ſunt, in mentem veniſſe. Haec εν παροδῳ. Ad novam hanc Almelovenii ſententiam in Epiſtola ad ipſum data optime obſervavit Ill. Cuperus, non eſſe veroſimile, Euangeliſtam in re vulgari, & uſitato procul dubio apud Judaeos proverbio, uſum fuiſſe ſignificatione vocis parum uſitata, & quae forte ſolis Athenienſibus eo ſenſu erat familiaris; fateri ſe, nihil eſſe commune inter ovum & ſcorpionem; ſed putare, haec a Domino opponi, quia unum ſaluberrimum, alterum mortiferum eſt; quae eadem differentia eſt inter piſcem ιχθυν, & οφιν ſerpentem, atque inter *panem* & *lapidem*, quia inedia mori deberet, qui nil niſi lapides haberet. Vid *Miſc. Lipſ. nova*, *T.* III. *pag.* 711, 712. Neque male notavit Wolfius, quod conmemoratione οφεως facta, Chriſtus meminiſſe videatur σκορπιου, ſicut *C.* X. 19. οφεις & σκορπιους jungebat. Atque id & ab aliis factum. Demoſth. *Orat.* I. *in Ariſtog.* ου φιλανθρωπιας, ουχ' ὁμιλιας ουδεμιας ουδενι συνοικει, αλλα πορευεται δια της αγορας ὡσπερ οφις ἥ σκορπιος ηρκως το κεντρον κ. λ. Εχιν, ασπιδα, σκορπιον etiam junxit Epictet. *Apophtegm. p. m.* 408. Plura talia.

Ib. Com. 13.

Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες κ. λ.

Eximia certe hic omnia! Πονηροι ὑπαρχοντες, cum vel quippe qui mali ſitis. Ita participium ſaepius uſurpatur. Vid. *Rom.* XIII. 11. *Phil.* I. 17. *Hebr.* X. 34. *Jud. Com.* 4. Porro, eleganter dicitur quis εἰδεναι aliquid facere, ad quod faciendum animo eſt proclivi. Ita de ipſis inanimatis. Exſtant apud Theophraſtum, aliosque varia loca, quae hic in medium produci poſſent; verum hoc jam non ago. Ὁ πατηρ ὁ εξ ουρανου. Oppoſita ὑμεις, & ὁ πατηρ; πονηροι ὑπαρχοντες, & ὁ εξ ουρανου. Ὁ πατηρ forte hic generaliori illa ſignificatione, qua eſt pater omnium, magis ſpeciali tamen minime excluſa. Saepe ita Philoſophi, inprimis Patres Eccl., de Deo, ut docuit cultae Vir doctrinae P. King in *Hiſt. Symb. Ap. ad Art.* I. & doctiſſ. R. M. van Goens *Anim. ad Porphyr.* Huc & reſpexit Apoſt. 1 *Cor.* VIII. 6. Αλλ' ἡμιν εἰς θεος ὁ πατηρ, εξ οὗ τα παντα και ἡμεις εις αυτον. Non aliter fere *Jeſ.* LXIV. 8. coll. *Pſ.* CXIX. 73. quamvis haec latius pateant. Ὁ εξ ουρανου alibi ὁ ουρανιος: *coeleſtis* Vulg., item Beza, qui tamen, expuncto articulo, verba εκ του ουρανου mavult referre ad ſequens δωσει, ut ſenſus ſit: *e coelo dabit;* quia ſcilicet non prorſus proprie Deus pater videtur dici ὁ εξ ουρανου, quum potius dicatur ὁ εν τῳ ουρανῳ. Receptam tamen inter-

terpretationem ſecutus eſt Ill. Grot., adductis locis 1 *Cor.* XV. 47. ὁ Κυριος ὁ εξ ουρανου, & 2 *Cor.* V. 2. Το οἰκητηριον το εξ ουρανου. Neque ita tantum locuti S. Scriptores; ſed & exotici: quod multis exemplis docuit Cl. Abreſch *Adnot. pag.* 582, 583. Plura ex Aeliano aliisque addi poſſent. Conſtat itaque ſatis, recte ὁ εξ ουρανου dici pro ὁ ουρανιος. Haec tamen plane eadem eſſe, non cenſuerim. Ὁ εξ ουρανου ſcripſit Lucas, quia hic ſermo eſt de Patre tanquam qui ſit optimus, & quorumvis bonorum de coelo deſcendentium largitor beniginſſimus. Origen. lib. *de Orat. p.* 213. ita habet: και διδωσιν ὁ πατηρ το ἀγαθον δομα ὑων εξ ουρανου τ. α. α. Non probo illud ὑων, ut nec cetera, in quibus memoriter verba recitans a noſtra lectione diſcedit doctiſſimus Pater; diſcimus hinc tamen, quomodo Veteres hanc phraſin intellexerint. In eo eximia coeleſtis Patris benivolentia certe eſt conſpicua, ut docet Servator, quod & βρεχει επι δικαιους και αδικους *Matth.* V. 45. Atque ita jam oppoſitio inter πονηροι ὑπαρχοντες, & ὁ εξ ουρανου grata luce ſe commendat. Ceterum quid a tali Patre, qui vel non rogatus eximia in ſinum indigniſſimorum hominum effundit munera, non exſpectandum τοις αιτουσιν αυτον? Nil minus certe quam πνευμα αγιον, quo nihil praeſtantius, nihil praecellentius cogitari poteſt. Ita, niſi fallor, jam mentem Domini tenemus.

Ib. Com. 19.

Οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι;

Habemus hic argumentum, quod dicunt, ad hominem. Non intelligit autem Dominus hic Apoſtolos & diſcipulos, quemadmodum Beza, Piſcator, aliique volunt; nam, ut recte notat clariſſimus noſter Marckius *Exerc. text.* XXIX. §. 47. non adloquitur hic indefinite Judaeos; ſed Phariſaeos blaſphemantes, quorum qua talium filii Apoſtoli dici non poterant. Erant ſcilicet revera inter Judaeos homines, qui jactitabant, certis ſe formulis utentes daemonia ejicere poſſe; & quis dixerit, illos id nunquam revera feciſſe? Vide, quae ad Matth. erudite hac de re ſcripſit Grot. Adde & quos laudat Wolf. Pagani quoque ſuos habebant exorciſtas, ut egregie docuit Cl. Weſſel. ad *Petit. Leges Att. pag.* 389. Incidit hic aliquid ad Com. praeced., quod leve quidem eſt, ſed tamen non negligendum: οὐ σαθήσεται paſſim vertunt, *non ſtabit*; verum hoc eſt οὐ σησεται: ſignificat *non confirmabitur*: *Concordia* ſcilicet *res parvae* &c.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 23.

Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

Ὁ μη ων μετ' εμε, qui a meis partibus non ſtat, qui me non ſequitur meumve regnum aut doctrinam non adjuvat. Phraſis & alibi occurrit. Vid. Cl. de Rhoer *Fer. Dav. pag.* 61. Και ὁ μη συναγων μετ' εμε, σκορπιζει. Proverbialis haec locutio, de qua nonnulla notavit Schottus *Adag. S. p.* 37. Tranſlationem ille ductam cenſet a paſtoribus: quod mihi tamen minus probabile fit. Deſumta eſt, ut puto, e re ruſtica. Cogitabam aliquando reſpici ad collectionem & diſſipationem frugum. Atque hoc aliis quoque in mentem veniſſe video. Conf. de verbo συναγειν not. ad *Cap.* III. 17. Σκορπιζω] εκ τε καρπος καρπιζω και σκορπιζω· εκ μεταφορας ειρηται ἡ λεξις, επει ὁ καρπος σκορπιζεται. Ita Etym. M. Haec non adeo certa nec liquida. Jam autem mihi aliter videtur. Σκορπιζειν, ut ad *Cap.* I. 51. monui, eſt verbum Jonicum, pro quo Attici adhibent σκεδαω &c. ut monet Phrynichus *pag.* 94. Scholia minora & Euſtath. Homericum κιδνημι per noſtrum σκορπιζειν quoque interpretantur. Significat proprie, ut l. c. dictum, σπειρειν, *ſpargere*. Idem ille, quem dicebam Etymol. M. auctor v. σκορπιος inter alia haec habet. επειδη ὁτε εναντιος

ϵ̓ϛιν ὁ ἥλιος, τοτε τα σπερματα επι την γην σκορπιζομεν σπειροντες· ἢ επειδη εκ τϛ κολπϖ σκορπιζειν τα σπερματα ειωθαμεν. Hinc ad alia tranſlatum. Joſephus *Antiq.* L. XVI. C. 1. §. 2. dixit εις το πληθος σκορπιζειν λογϖς, *in vulgus rumores ſpargere*, vel *diſſeminare*, ut etiam Lat. dicunt, nos Belgae item. L. VI. *pag.* 326. habes, hoſtes κατα πασαν εσκορπισμενοι χωραν, *per totam regionem diſperſi*, ubi Ill. Spanhem. locum ex Artemidoro laudat, in quo utrumque verbum junctum: σϒναγει εσκορπισμενϖς οργανον. Illud ita hic notabit *colligere ſemina* terrae mandanda, hoc ea *diſſipare*. Quod facile jam adplicueris.

Ib. Com. 25. 26.

Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμένον. Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα κ. λ.

Vox σαρϖν eſt communis Gr. dial. Adi Thom. M. Moer. Att. atque Conment. vide & Phryn. Adde locis a Viris doctis laudatis, ubi habes verbum σαιρειν, Euripid. *Ione* ϒ. 115, 121. Porro, ἑπτα ἑτερα πνευματα a Domino memorantur ad indicandam horum Spirituum ad rem ſuam ſtrenue agendam inſignem aptitudinem. Tandem, και εισελθοντα, hic pro α̃ εισέλθοντα, de quo voc. και uſu in praecedd. diximus: & κατοικει ſignificat, *ſedem collocant*. Ad rem quod ſpectat, mira cum apud veteres, tum

tum apud recentiores, hic habes ſomnia, & deliramenta. Solidiora dederunt Beza, Grotius, aliique eos ſecuti. Neque legiſſe poenituerit, quae hic notavit P. Janſſen. *Miſc. Duisb. T.* II. *pag.* 495. ſeqq. Quae mihi ad hunc locum meditanti in mentem venerunt, paucis propōnam, & aequi lectoris judicio ſubjiciam. Vetuſtiſſimae gentes, Chaldaei, Perſae, Aegyptii, aliique praeter Spiritus bonos etiam malos admiſerunt, & in iis depellendis theurgiae quoque rituumque divinorum efficaciam poſuerunt, ut docuit Cl. Bruckerus, cui hiſtoria philoſophica certe plurimum debet, *Hiſt. Crit. Phil. T.* I. *pag.* 134. Inſignis locus Manethonis, quem hic addere lubet, *Apotel. L.* V. ℣. 303.

Και μαγικη συνεσει πιθεται τα πνευματα φευγε.

In ea porro fuerunt ſententia, malos Spiritus malos homines occupare. Docet id Jamblichus *de Myſter. Sect.* III. 31. Pſellus, aliique. In locis deſertis & ab incolatu remotiſſimis, qualia certe hic per τοπους ανυδρους intelligenda, daemonia inprimis verſari, Judaeorum, aliorumque fuit opinio, ut Grotius, pluresque Wolfio laudati monuerunt, quibus adde Conment. ad *Jeſ.* XIII. 21. & *Apoc.* XVIII. 2. Οικος σεσαρωμενος και κεκοσμημενος hic non extra ſcopum trahendus: ita enim a Domino deſcribitur, quo ſignificaretur domus inhabitationi aptiſſima. Ad haec jam Domini orationem ita conponit. Erat, cum homo malus obſideretur a malo Spiritu; verum Spiritus ille per aliquod tempus ibi conmoratus

non amplius tam quietam, quam quidem ante, illic ſedem habebat. Quid itaque? exibat domo ſua, & quia daemones deſertis locis delectantur, eo ſe conferebat. Ibi cum etiam poſt quoddam tempus ανάπαυσιν non reperiret, nihil, ut videbatur, reſtabat, niſi ut priſtinum domicilium repeteret. Advolat itaque inpurus incola, viſurus, an ſua domus jam melius ſuis votis ſatisfaciat: atque ita eſt. Abit ergo, & comites ſibi adſciſcit ſeptem alios malos Spiritus, ſe adhuc pejores. Egregii ſanequam contubernales! Eximie vero ſic pingit Dominus homines malos, vere filios & domicilia Diaboli, qui Dei Spiritu hoc illove modo ipſos adficiente, inquinamenta ſeculi effugiunt, ad frugem redeunt, atque eatenus ab infernali Spiritu liberantur: ſed, qui poſtea, vera nimirum poenitentia non ducti, ad priora recidunt, atque ſic plus quam ante idonea Satanae evadunt habitacula; qui vero hujus cataſtrophes non neſcius jam majori vi miſeros hos homines occupat, & in eos agit: atque ita γίνεται τα ἔσχατα &c. Recte Viri docti hic contulerunt 2 *Petr.* II. 20. Adplicemus haec, ſi placet, ad ſcopum Domini. Οὕτως, ait apud Matthaeum, ἔσαι καὶ τῇ γενεᾷ ταυτῇ τῇ πονηρᾷ. Judaica gens, cum Dei Filius in carne ad eam inviſeret, revera erat domicilium luſtrumque malorum Spirituum; cujus miſerrimae conditionis ſpectabile ſignum, divina ita dirigente providentia, erat in tot daemoniacis, quibus jam referta erant omnia Palaeſtinae loca. Verum, Domino inter ipſos verſante, ἀκάθαρτα illa πνεύματα illum, quem occu-

cupaverant, locum tueri non poterant; ſedem itaque deſiderabant tranquilliorem; atque hinc alia quaerebant ἀναπαυσεως loca, inter gentiles, ſi vis; ſed forte non opus, ut hoc adplices. Non diu autem poſt Judaei graviſſimorum ſcelerum, deicidii, & obſtinatae ἀπιστιας reos ſe redderent, cupiditatibusque quibusvis & vitiis ſe traderent; atque ſic tandem in plenam Satanae poteſtatem tranſirent. Cujus rei imago jam conſpiciebatur in perditis iſtis hominibus, qui, reclamante animi ſui ſenſu, dicebant: Ἐν Βεελζεβουλ αρχοντι των δαιμονιων εκβαλλει τα δαιμονια.

Ib. COM. 27. 28.

Μακαρία ἡ κοιλία, ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας. —— Μενοῦνγε μακάριοι κ. λ.

Μακαρια κ. λ. Talia non tantum apud Judaeos; ſed & apud exoticos utriusque linguae ſcriptores plura occurrunt. Vid. quos laudat Wolf., & Wetſtenius. Βασαζειν hic commode poſitum. Latini foetus, qui ſunt in utero materno, ſimiliter dicunt *onera*, item *pondera*, ut docuit Burm. ad *Phaedr.* III. 15. 5. & Arntzen. ad *Sedul. pag.* 54. Μασοι recte Noſter ex Grammaticorum decreto. Ammonius. Μασος Μαζου διαφερει. Μασος μεν γαρ εσιν ὁ γυναι-

ναικειος· κυριως δε το οἷον μεσος ειναι γαλακτος. Μαζος δε ὁ ανδρειος. Locus corruptus. Legendum fortaſſe, ait Cl. Valcken. in Notis, ὁ γυναικειος κυριως· διὰ το οἷον μ. ε. γ. Conjecturam firmat Etymol. MSS. Traject. qui habet γυναικειος κυριως· διὰ το ειναι μεσος γαλακτος. Similia habent Thom. Mag. & Suidas. Verum ſtrenue, ut ſaepius, hic nugantur, cum in derivatione, tum in uſu vocis: μαζος enim & μασος promiſcue de viris aeque ac mulieribus adhibentur. Vid. DD. VV. ad *Thom.* & Cl. Reitz. ad *Lucian. dial. meretr. T.* III. *pag.* 312. Μενουνγε, ita reſpondet Dominus mulieri iſta dicenti, μακαριοι οἱ ακουοντες τον λογον του θεου, και φυλασσοντες αυτον. Gnome εν φρενος δελτοισι, ut alibi ait Sophocles, reponenda, atque conſervanda. Nullae praerogativae quemquam beatum reddunt; verum ſola fides per charitatem operoſa. Verbum Dei πλουσιως in nobis habitans mentem purgat, reficitque, turbatos conponit adfectus, votis abunde reſpondet, pectus defaecato permulcet gaudio, erigitque in laetam ſpem vitae nunquam terminandae. Atque haec noſtram hic conſtituunt abſolvuntque felicitatem.

Ib.

Digitized by Google

Ib. COM. 31.

Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτοὺς· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς. ———

VOX βασίλισσα Grammaticis non probatur. Thomas M. in βασίλεια γυνη· βασίλισσα δε γυνη ουδεις των αρχαιων ειπε. Sic & Phrynichus *pag.* 96. Βασίλισσα ουδεις των αρχαιων ειπεν, αλλα βασίλεια η βασιλις. Verum idem ille *pag.* 112. non negat, Alcaei ipſiusque Ariſtotelis auctoritate defendi βασιλισσαν; ſed ex eorum ſententia, qui ſtrictam nimis Atticae dialecti regulam condiderunt, averſatur, adeo quidem, ut orationem in Neaeram hoc etiam argumento, quod in ea Regis ſacrorum uxor βασίλισσα nominetur, non βασιλις vel βασίλεια, Demoſtheni abjudicet, ut jam obſervavit Cl. Hemſterh. ad *Lucian. T.* I. *pag.* 92. Ita ſibi non plane conſtat Phrynichus. Conjicio itaque, ſi priora illa illum omnino auctorem agnoſcunt, ipſi affirmanti, neminem veterum dixiſſe βασιλισσαν, objectum fuiſſe, Alcaeum tamen, & ipſum Ariſtotelem hoc voce uſum, quin & Demoſthenem Orat. in *Neaeram;* atque ad id ea regesſiſſe, quae poſteriore articulo habemus. Ceterum, non apud unum Alcaeum aut Ariſtotelem; ſed apud plures veteres βασιλισσα occurrit.

rit. Vid. VV. DD. ad laudata loca. Wetſten. ad *Matth.* Ill. Spanhem. in *Comici Ranas* ỳ. 386. & ὁ Παυ Hemſterh. *Add. ad Thom. M.* Intellige vero per βασιλισσαν νοτου reginam Arabiae felicis, reginam Sabaeorum. Vid. Bochart. *Geogr. S. L.* II. *C.* 26. & inprimis A. Schult. Orationem de hac regina habitam. De illa dicit Servator: εγερθησεται μετα των ανδρων της γενεας ταυτης. Sic & Com. ſeq. Ανδρες Νινευι (quae locutio rarior) αναςησονται εν τῇ κρισει μετα της γενεας ταυτης. Conjecerit forte quis, pro μετα legendum κατα; ſed eleganter Lucas hic μετα adhibuit: in jure quippe hac vocula utuntur, cum actor & reus ſimul ad judicem veniunt. Egregie additur, και κατακρινει αυτους: conf. Com. ſeq. Κατακρινειν nempe & καταδικαζειν dicuntur etiam illi, qui cauſam vincunt, atque ita quaſi efficiunt, ut adverſa pars condemnetur. Venit regina εκ των περάτων της γης, *ex regione longe remota:* Vide, quae de hac phraſi notavit Wetſten. & de Rhoer *Fer. Daventr. pag.* 61. Adtigit quoque Cl. Weſſeling. *Obſ. L.* I. *C.* 22. *p.* 88, 89. Eurip. Oreſte bis, γης & γαιας ὑπερβαλων ὁρους, Medea, γης εσχατοι ὁροι. Sic & Sophocles. Et reperias paſſim εσχατιαι γης; εσχατιαι της οικουμενης apud Athenaeum *L.* VI. *C.* 4. *p.* 233. D. Apoſtolus *Rom.* X. 18. τα περατα της οικουμενης.

Ib.

Ib. COM. 35.

Σκόπει οὖν, μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶν.

Sunt homines male de S. S. ſentientes, qui, haec Domini verba in ipſa ſanioris philoſophiae principia directe inpingere, acriter contendunt. Magnus Nieuwentytius in egregio *Cosmotheoriae* opere contrarium demonſtrare laudabili conatu adniſus eſt: verum minus feliciter, ut docuit Cl. Schillingius *Miſc. Duisburg. T.* II. *pag.* 690. ſeqq. Neque hic rem acu tetigit, ut oſtendit Cl. Lulofs *Miſc. Gron. T.* I. *pag.* 644. ſeqq. ubi optime notat, motas difficultates non ex Philoſophia; ſed ex Philologia eſſe ſolvendas, obſervans itaque, φως hic eſſe, quod Latini *lumen* dicunt, & σκοτος dictum pro σκοτεινον, abſtracto pro concreto, ut ſaepe, poſito. Lege, quae ibi porro habet Vir eximius. Mihi, ut & ego dicam, quod ſentio, ſic videtur. Locutiones, quibus Dominus hic utitur, ſunt proverbiales: atque hae nequaquam vexandae. Σκόπει, inquit Dominus, μη το φως το εν σοι σκοτος εστιν, hoc eſt, non, ut Vulg. & praeſtantiſſimi noſtri Belgae, aliique intellexerunt, *vide*, *ne lumen, quod in te eſt, tenebrae ſint;* verum cum Beza, *conſidera, num lumen, quod in te eſt, tenebrae ſint;* nam nunquam, quod ſcio, σκοπειν, ut verba βλεπειν, & ὁρᾶν, pro

pro *cavere* usurpatur. Sensus huc redit. Considera, an lux oculi tui, quo ad videndum uteris, tenebrae sint, sic ut perinde tibi sit, num ita visu gaudeas, an vero coecus sis. Incidit hic locus Euripidis, e quo videmus, quam parum vulgares ejusmodi locutiones ἐξονυχίζειν deceat. Exstat in *Phoeniss.* ϒ. 380. ubi σκοτον δεδορκως, *spectans tenebras.* Quid, an tenebrae conspiciuntur? Neque tamen ita tantum Euripid. sed & Sophocles, quem secutus est noster. Hic *Oed. Tyr.* ϒ. 427. dixit: Βλεποντα νυν μεν ορθ', επειτα δε σκοτον. Audi, quid Scholiast. ad haec notet: καινοτερον, inquit, ειπεν, βλεποντα σκοτον, ὡσπερ ει τις ειπε σιωπην λεγοντα. Minus justa crisis. Conf. Cl. Valckenarius l. c.

Ib. Com. 39.

Τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

Το εσωθεν ὑμῶν omnes, quos vidi, Interpretes exponunt, *quod intra vos est*, i. e. animus vester. Verum id, si quid video, cum scopo Domini, orationisque structura, omnino minus convenit. Com. seq. dicit Servator, Αφρονες, ουχ' ὁ ποιησας το εξωθεν, και εσωθεν εποιησε; an εξωθεν ibi non est materia patinae & poculi, & το εσωθεν id, quod in utroque est, cibus & potus? Com. 41. πλην τα ενοντα &c. quae

quae poculis & patinis insunt, ut mox videbimus. Apud Matth. *Cap.* XXIII. 25. disertis verbis habes, quod patinae & pocula eorum referta essent rapina. Quid ergo? Si in ullo Codice hic legeretur ὑμιν, lubens reciperem: το εσωθεν ὑμιν γεμει α. κ. π. *quod intus est vobis plenum est* &c. Eleganter ita certe scripsisset Lucas. Verum, donec scripti libri hanc conjecturam firment, vulgatam retineo. Adeoque vel το εσωθεν ὑμων significat, *quod intus est vestrum*, quod ex vestro intus est in poculo &c.; vel trajectio statuenda, de qua jam cogitavit Beza, sic ut ὑμων jam non ad το εσωθεν, sed ad ἁρπαγης & πονηριας referatur. Hujus schematis exempla nonnulla hic notavit Kypke. Xenophon Ephesius illud passim adhibet. Vid. Ti. Hemsterhus. *Obs. Misc. Vol.* III. *p.* 338, 343, 344. quin & frequens est apud veteres Atticos, cum alios, tum inprimis Aristotelem, ut pluribus docuit Is. Casaubon. ad *Theophr. Charact. p. m.* 227, 228.

Digitized by Google

Ib. Com. 41.

Τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστὶν.

Plerique, inter quos & Cl. L. Bos, τα ενοντα explicant, *quantum res* sive *facultates ferant*, *pro facultatibus*. Ego cum Belgis aliisque malo, *quae in poculis patinisque sunt*, i. e. potum cibumque. Tam solide hoc mihi probasse videtur Raphelius, ut extra controversiae aleam positum sit. Tantum addo, ex loco parallelo idem planissime constare. Videmus enim ibi, quomodo omnia ipsis forent καθαρα; nimirum, si το εντος του ποτηρου και της παροψιδος purgarent. Ceterum de v. ελεημοσυνην pro *stipe* lege, quae Ill. Ezech. Spanhem. scripsit ad *Callim. H. in Del.* ϒ. 152. Ad sensum vero loci quod adtinet, vide etiam Raphel. ac Heum., & inprimis Werenfels. *Opp. T.* I. *pag.* 275.

Ib.

Ib. COM. 44.

Ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν.

Τα μνημεια τα αδηλα eadem esse cum ταφοις κεκονιαμενοις εξωθεν ὡραιοις *Matth.* XXIII. 27. multi Viri docti arbitrantur; verum mihi cum aliis omnino contrarium videtur. Adsentior hic plane Al. Moro, cujus verba leges apud Wolf. Μνημεια dicta sepulcra, rarius quidem apud veteres, frequenter vero apud recentiores: quo de vide sis quae erudite notarunt Cl. Wasse & Duker. ad *Thucyd.* I. 138. Latini similiter ita *monumentum*, ut inter alios docuit Arntzen. ad *Sedul. pag.* 240. Dixerunt & seriori tempore *memorias* pro sepulcris. Sic in *Itiner. Hierosol. pag.* 599. *Ubi est* memoria *per quadrum ex lapidibus mirae pulchritudinis*, in qua positi sunt *Abraham*, *Isaac*, *Jacob*, *Sara & Lia:* ubi Cl. Wesseling. Ceterum sensus hujus dicti huc redit: vos similes estis sepulcris, inpuritate quippe pleni; verum sepulcris, quae non adparent &c., adeo quidem, ut, qui vobiscum consuetudinem habeant, vos tales esse, omnino ignorent.

Ib. Com. 49.

Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία Θεοῦ εἶπεν ——— καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι, καὶ ἐκδιώξουσιν.

Confer hic locum Matthaei *C.* XXIII. 34. ubi videmus, Dominum illud, quod hic de τῇ σοφίᾳ Θεου, de se dicere: unde Interpretes tantum non omnes & hic de Christo cogitant. Haberemus ita locum, ubi Servator de se tanquam *sapientia* vel *sapientia Dei* loqueretur: quod itaque faceret pro communi explicatione loci *Cap.* VII. 29. ubi vide. Verum forte locus Matthaei ita intelligendus, ut per ellipsin omissum sit, λεγει ὁ Θεος, vel simile quid, & *sapientia Dei* hic idem significat, ac *Deus sapientissimus.* Ut ingenue tamen dicam quod res est, & ego hic per σοφιαν Θεου Dominum ipsum intelligo; sed non, quia phrasis id per se indigitat; verum, quia huc manu quasi ducimur (quod altero loco secus se habet) per ea, quae Christus de se dicit: nam, quamvis nullum quidem Veteris Testamenti de se agentem locum hic laudet, tamen, dicens, ἡ σοφια Θεου ειπεν, αποστελω εις αυτους προφητας *cet.* ita sermonem instituit, ut in memoriam revocet, quod de suprema Sapientia scripsit Regum sapientissimus *Prov. C.* IX. In iis vero, quae sequuntur, και εξ αυ-

των

των αποκτενουσι κ. λ. deeſt τινας, ut quisque videt. Haec ellipſis ſatis frequens apud τους εξω, ſic ut Vorſtius hic inmerito Hebraismum ſtatuat. Vid. praeter Wolf. ad *l. Matthaei* Cl. Weſſeling. ad Diod. Sic. *L.* I, *Cap.* 13. & *Cap.* 83. ubi ſimiliter των ιχθυων κατατεμνοντες, ſcilicet τινας.

Ib. COM. 52.

Οὐαι ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως.

Νομικοι ſunt, quos alibi Joſephus vocat σοφιστας, & εξηγητας νομων, *legis Doctores.* Vid. Cl. Reland ad *Joſeph. L.* I. *B. J. Cap.* 33. §. 2. Erant, ut videtur, de eorum numero, quos *Karaeos* dicebant, ut pluribus docuit Cl. Trigland. in *diatriba de Karaeis.* Hi, quorum erat legem Dei pure interpretari, ηραν την κλειδα της γνωσεως. Phraſis ſignata, ad quam illuſtrandam multa non tantum ex Judaeorum, ſed & ex profanorum ſcriptis congeſſerunt Viri docti: Vid. inter alios Elsn. Non multum hinc diſtat, quod habes apud Pindarum *Pyth. Ode* VIII. ubi Quietem Deam ſic adloquitur

Βουλαντε και πολεμων
Εχουσα κλαιδας
Ὑπερτατας.

Plura hujus generis reperies in Cl. Wesseling. *Obs.* L. I. C. 3. ubi omnia, quae huc pertinent, perquam erudite tractata.

Ib. Com. 53.

Δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

Variant hic admodum Codd. Pro ενεχειν nonnulli habent εχειν, & ανεχειν; plures autem συνεχειν: quod & est in Edit. Complut. Ενεχειν solummodo verum est. Atque hoc jam non, ut plures volunt, significat, *iratum esse*, *indignari*; quo quidem sensu saepius occurrit apud Herodotum, ut *L.* VI. *C.* 119. ubi ενειχε σφι δεινον χολον (nota illud δεινον) & *L.* VIII. *C.* 27. ὅτε σφι ενεχοντες αιει χολον, atque ibi Cl. Wesseling. Conf. H. Stephan. ad calcem *pag.* 19. Verum, quod Vulgatus expressit, *insistere*, h. e. *instare*, *urgere*: adde vero ideam *calliditatis*, & *astutiae* ad aliquem irretiendum. Hesych. ενεχει non tantum exponit μνησικακει; sed & εγκειται: ubi & Cl. Alberti. Ita quoque intellige *Marc.* VI. 19. Pro αποσοματιζειν, quid sequitur, quidam libri scripti, atque edd. habent αποσομιζειν, quod & exstat apud Hesychium, qui exponit απο μνημης αξιουν λεγειν. Malunt tamen & ibi VV. DD. αποσοματιζειν, quod habet Suidas; verum, si res mei foret arbitrii, αποσομιζειν apud Hesych. tranquilla fe-

de

de atque ſua poſſeſſione gauderet. Hic tamen, quia Codd. plurimi addicunt, praefero ἀποζοματιζειν. Verbi indolem & ſignificationem ſatis declararunt Interpretes. Vulg. dedit *os opprimere*. Defendit Boiſius, probante Wolfio. Heumannus ſcripſiſſe vult, *os exprimere*. Ego cum aliis cenſeo, Vulg. legiſſe ἐπιζομιζειν, quod hic unus alterve Codex habet. Saepius haec confuſa. Apud Heſychium habes ἀποζομιζων, φιμων: hoc aeque valet, ac *os opprimere*: ſine dubio, ut bene notarunt Conment., ἀποζομιζων hic poſitum pro ἐπιζομιζων. Sic ex adverſo apud Phil. Jud. *de ſomniis* ἐπιζομιζοντες pro ἀποζομιζοντες; ut obſervavit Cl. Weſſeling. *Ep.* ad *V. C. Venem. pag.* 23.

Ib. COM. 54.

Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν.

Suidas ἐνεδρευειν δοτικῇ. Ita Diod. Sic. *L.* XIX. *C.* 68. Ευπολεμον απεζειλαν ενεδρευσαι τοις πολεμιοις περι Καπριμα της Καριας. Ita & alii. Habes & hic in nonnullis Codd. αυτῳ. Verum αυτον omnino praeſtat. Noſter iterum *Actor.* XXIII. 21. ενεδρευουσι γαρ αυτον: atque ita alii paſſim. Vid. Cl. Weſſeling. ad Diod. Sic. *L.* XIX. *C.* 69. ubi eadem diverſitas ac hoc loco. Ceterum bene diſtinguenda diverſa ſignificatio pro diverſa verbi conſtructione, quanquam illa non ſemper religioſe obſervetur. Dativo junctum ſignificat *inſidias ſtruere*; cum accuſa-

tivo autem *insidiis cingere*. Vide quae de hujusmodi verborum variata constructionis ratione notavimus ad *C.* III. 18. Egregie itaque h. l. αυτον. Scribae enim & Pharisaei Dominum insidiis quasi cingebant: vide modo quae praecedunt. Non male forsan hic contuleris, quod est apud Hoseam *C.* IX. 8. ubi priora interpretare, *speculatorem agens Ephraim adversus Deum meum*. Adde *C.* XII. 1.

FINIS.

AD

ADDENDA.

p. 13 lin. 3 a *fine* poſt Ellys *Fortuit.* &c. *adde:* & Caſaub. ad *Strab.* p. 15.

p. 24 lin. 12 poſt caſu, *adde:* Eurip. *Hippol.* vs. 1218. εὐθυς δε πωλοις δεινος εμπιπτει φοβος.

p. 40 lin. 11 poſt Abreſch &c. *adde:* nec non Arntzen. ad Sedul. *Carm. Paſch.* p. 118.

p. 47 lin. 2 poſt ουας, *adde:* Γηρᾳ atticum. Eurip. *Iphig. in Aul.* vs. 138. Sophoc. *Elect.* vs. 41. alii.

p. 50 lin. 5 poſt notum, *adde:* Similiter Latini uſurpant ſuum *dicere.* Vid. Cl. Arntzen. ad Sedul. *Carm. Paſch.* p. 103. Item lin. ultima poſt Alb. *adde:* & Cl. Abreſch *Lect. Ariſtaen.* p. 134.

p. 55 lin. 20 poſt cit. de Dieu, *adde:* κρατος & νικη apud Demoſth. fere ſunt ſynonyma: Vid. doctiſſ. Toup *Emend. in Suid.* P. II. p. 153.

p. 62 lin. 6 poſt locum Nonni, *adde:* Eurip. *Hec.* vs. 545. Νεανιαις ανευσε παρθενον λαβειν: ubi vs. ſeq. neſcio quis ad εφρασθη adſcripſit γρ. εφραχθη *circumſepta fuit.*

p. 66 lin. 12 poſt de Rhoer &c. *adde:* & Martin. *Var. Lect.* p. 20.

p. 76 lin. 18 poſt ita & alibi, *adde:* adi Hemſterhuſ. ad *Heſych.* V. ευερνης, & Valcken. ad *Eurip. Phoen.* p. 33. Cum iis, quae habet Jeſ. C. IV. 2. & Zach. C. VI. 12. confer Κεκροπιης βλασημα, & cetera, quae habes in *Anthol.* Cl. Reiskii p. 80. c. 588.

p. 78 lin. 6 poſt locum Virg. *adde:* Egregie quoque Euripides *Oreſt.* vs. 242, 243. ηκει φως εμοις και σοις κακοις; ανηρ δμογενης ——— ubi & *Schol.*

p. 82 lin. 9 poſt Kuſt. &c. *adde:* & Caſaub. ad *Strab.* p. 546.

p. 106 lin. 18 post *Herders*, *adde:* Confer quae notamus ad *C.* IX. 33.

p. 115 lin. 3 ante *uno verbo* &c. *adde:* Eurip. *Iphigen.* priore vs. 615, 616. Τιμεις δε νεανιδαισιν αγκαλαις επι Δεξασθε κ. λ.

p. 121 lin. 10 post λογχην, *adde:* Lege quoque ad Simeonis verba Pseudo-Nazianzeni *Tragoed.* Χριστος πασχων in Opp. Naz. *T. II. p. m.* 254. *B.* & 255. *C.*

p. 164 lin. 4 a *fine* post vs. 223. *adde:* *Oreſt.* vs. 331. ubi Schol. & vs. 591. lin. 2 post *Del.* vs. 48. *adde:* nec non ad Agathem. *L. I. de Geogr.* p. 174. Ad ſuperiora etiam nota, Euripid. *Hippol.* vs. 128. dixiſſe νωτα πετρας.

p. 165 lin. 3 a *fine* post Raphelius, *adde:* Vid. Eurip. *Oreſt.* vs. 479, 1575.

p. 173 lin. 15 post atque ita alii, *adde:* ſed latius patet. Eurip. *Hippol.* vs. 956. Θυρευουσι γαρ Σεμνοις λογοισιν αισχρα μηχανωμενοι.

p. 179 lin. 3 post locus, *adde:* De ſenariis Tragicis, quos hic, ut alibi in S. L., habes, vid. Cl. Markl. ad *Eurip. Suppl.* p. 185.

p. 195 ad finem *adde:* Addubito tamen. Vid. Cl. Markl. ad *Eurip. Suppl.* p. 147.

p. 205 post notam in *C.* VII. 4. *adde:* Πρεξεις quoque praefert Cl. Toup. Vid. *Emend. in Suid.* P. 2. p. 42.

p. 206 lin. 12 post p. 41. ſeqq., *adde:* Cyrus Theod. Prodromus in dramate Αποδημος Φιλια vs. 3. την κομην εσκυλμενην.

p. 221 lin. 4 a *fine* post reperies, *adde:* Lectu quoque digna, quae notavit ſummum literarum Orientalium decus N. G. Schroeder. in Comm. *de veſtitu Mul. Hebr.* p. 161.

p. 229 lin. 13 post πολιτευεσθαι, *adde:* Vide, quae notavit Cl. J. A. Fabricius *Bibl. Gr. Vol.* II. p. 252.

p.

Digitized by Google

ADDENDA.

p. 238 lin. 2 a *fine* poſt p. 108. *adde:* Egregie Eurip. *Oreſt.* vs. 279. vid. & vs. 728.

p. 255 lin. 7 poſt εν παροδῳ, *adde:* Eurip. *Oreſt.* vs. 644. την ψυχην εμην Σωσης, ἁπερ μοι φιλτατ' εϛι των εμων.

p. 265 lin. 3. *adde:* Ceterum πνευμα hic, ut ſaepe apud Noſtrum, abſolute eſt *ſpiritus malus.* Confer not. Viri excellentiſſimi, Markl. ad calcem *Euripid. Suppl.* p. 283.

p. 267 lin. 8 poſt *adfligant*, *adde:* Facem hic, ut in pluribus aliis, praetulit ſummus Hemſterhuſius: Ceterum conf. ſis quae non ita pridem erudite de h. v. notavit doctiſſ. Anonymus in *Bibl. Brem. nova Cl. V. faſc.* 2 p. 225, 226.

p. 270 lin. 11 poſt φλογα, *adde:* φλοξ ουρανια Eurip. *Medea* vs. 144.

p. 287 lin. 13 poſt Conſtrui, *adde:* Vid. Eurip. *Oreſt.* vs. 367. *Hec.* vs. 498. alibi.

p. 318 lin. 4 a *fine* poſt ὄροι, adde: *Hippol.* εἰϛ ὄρους γης.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Locorum, quae ex Euangelio Lucae in his Obſervationibus ordine explicantur & illuſtrantur.

LUCAE CAPUT I. vs. 1 pag. 6
——— 3 —— 11
——— 4 —— 19
——— 5 —— 20
——— 10 —— 22
——— 12 —— 23
——— 13 —— 24
——— 15 —— 25
——— 17 —— 28
——— 20 —— 35
——— 22 —— 37
——— 27 —— 39
——— 29 —— 41
——— 32 —— 42
——— 35 —— 43
——— 36 —— 46
——— 38 —— 47
——— 41 —— 47
——— 42, 43 —— 49
——— 45 —— 51
——— 46–49 —— 52
——— 51–53 —— 55
——— 62 —— 62
——— 63 —— 63
——— 64 —— 65
——— 66 —— 66
——— 69 —— 67
——— 78, 79 —— 72
LUCAE CAPUT II. vs. 1 —— 79
——— 4, 5 —— 82
——— 6, 7 —— 84
——— 8 —— 88

LU-

Digitized by Google

INDEX.

LUCAE CAPUT II. vs. 9 pag. 90
——— 10, 11 —— 94
——— 12 —— 96
——— 13, 14 —— 97
——— 15 —— 103
——— 16 —— 107
——— 17 —— 108
——— 19 —— 110
——— 20 —— 111
——— 21 —— 112
——— 22 —— 113
——— 25 —— 114
——— 28 —— 115
——— 29 —— 115
——— 31, 32 —— 119
——— 35 —— 120
——— 36 —— 122
——— 40 —— 124
——— 44 —— 125
——— 46, 52 —— 128
LUCAE CAPUT III. vs. 1 —— 130
——— 2 —— 133
——— 4, 5 —— 134
——— 6 —— 136
——— 7 —— 137
——— 10, 13, 14 —— 139
——— 16 —— 141
——— 17 —— 142
——— 18 —— 145
——— 19 —— 146
——— 22 —— 147
——— 23 —— 148
LUCAE CAPUT IV. vs. 1 —— 150
——— 8, 13 —— 152
——— 16, 17 —— 155
——— 18 —— 156
——— 29 —— 163
——— 34 —— 165
——— 39 —— 166

INDEX.

LUCAE CAPUT V. vs. 1–3 pag. 167
5 — 168
6, 7 — 170
8–10 — 171
12, 13 — 174
17 — 175
19 — 176
27 — 177
32 — 178
36 — 179
LUCAE CAPUT VI. vs. 1 — 181
5 — 183
10 — 184
11 — 185
12 — 186
17 — 187
20 — 188
22 — 189
24 — 191
26, 27, 28 — 192
29, 30 — 194
35 — 196
37, 38 — 199
39, 40 — 200
47–49 — 202
LUCAE CAPUT VII. vs. 2 — 204
4 — 205
6 — 206
9 — 207
11 — 208
12 — 209
15, 17 — 210
21 — 212
24–28 — 213
31, 32 — 215
33 — 216
35 — 218
37 — 220
38 — 222

LU-

Digitized by Google

LUCAE CAPUT VII. vs.	44, 45	pag. 223
	47, 48	— 224
	49, 50	— 225
LUCAE CAP. VIII. vs.	1, 8	— 228
	10	— 227
	13	— 228
	14	— 230
	15	— 231
	17	— 232
	18	— 233
	20	— 235
	23	— 236
	24	— 237
	31	— 240
	32	— 241
	33	— 242
	43	— 243
CAPUT IX. vs.	3	— 244
	12	— 247
	13	— 248
	20	— 250
	23	— 251
	24, 25	— 254
	26	— 256
	27	— 257
	28	— 258
	31	— 259
	32	— 261
	33	— 262
	35, 39	— 264
	41	— 265
	42	— 266
	45, 46	— 267
	48	— 268
	50	— 269
	54	— 270
CAPUT X. vs.	1	— 271
	2	— 273
	7	— 274

CA-

INDEX.

CAPUT X.	vs. 11	pag. 275
	13	277
	18	278
	20	280
	21	282
	22, 23	283
	29	285
	30	286
	31	287
	32	288
	34	289
	38, 40	291
LUCAE CAPUT XI.	vs. 2	293
	3	298
	4	301
	5, 7	303
	9	304
	11	305
	12	306
	13	308
	19	310
	23	311
	25, 26	312
	27, 28	315
	31	317
	35	319
	39	320
	41	322
	44	323
	49	324
	52	325
	53	326
	54	327

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google